# AVIANI ÆSOPICARVM FABVLARVM LIBER.

A THEOD. PVLMANNO CRANEBVRGIO EX MEMBRANIS IN LVCEM EDITVS.

LIBROS
DEL DR.
L. MARCO




ANTVERPIÆ,
Ex officina Chriſtophori Plantini.
cIↃ. IↃ. LXXXV.

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

# ᵃAVIANI ÆSOPICARVM FABVLARVM LIBER.

a. Sic libri antiqui, N.A.P.

## AVIANVS THEODOSIO S. D.

DVbitanti mihi, Theodoſi optime, quonam litterarum titulo noſtri nominis memoriam mandaremus, fabularũ textus occurrit, quod in his vrbanè concepta falſitas deceat, & non incumbat neceſſitas veritatis. Nam quis tecum de oratione, quis de poëmate loqueretur, cùm in vtroque litterarũ genere & Atticos Gręca eruditione ſuperes, & Latinitate Romanos? Huius ergo materiæ ducem nobis Æſopum noueris: qui reſponſo Delphici Apollinis monitus ridicula orſus eſt, vt legenda firmaret: verùm has pro exemplo fabulas & Socrates diuinis operibus indidit, & poëmati ſuo Flaccus aptauit, quòd in ſe ſub iocorum



Ayuntamiento de Madrid

communium ſpecie, vitæ argumenta contineāt. quas Græcis iambis Gabrias repetens in duo volumina coarctauit: Phædrus etiam partem aliquam quinque in libellos reſoluit. De his ergo vſque ad quadraginta & duas in vnum redactas fabulas dedi: quas rudi Latinitate compoſitas elegis ſum explicare conatus. Habes ergo opus, quo animum oblectes, ingenium exerceas, ſolicitudinem leues, totumq́ue viuendi ordinem cautus agnoſcas. Loqui verò arbores, feras cum hominibus gemere, verbis certare volucres, animalia ridere fecimus, vt pro ſingulorum neceſſitatibus vel ab ipſis animis ſententia proferatur. Vale.

Ayuntamiento de Madrid

## RVSTICA, ET LVPVS. I.

*RVSTICA deflēti paruo iurauerat olim,*
*Ni taceat, rapido quòd foret eſca lupo.*
*Credulus hanc vocem lupus audiit, & manet ipſas*
*Peruigil ante fores, irrita vota gerens.*
*Nam laſſata puer nimiæ dat membra quieti,*
*Spem quoque raptori ſuſtulit inde fames.*
*Hunc vbi ſiluarum repetentem luſtra ſuarum*
*Ieiunum coniux ſenſit adeſſe lupa,*
*Cur, inquit nullam deſers [a] ex more rapinam:* a. deP.
*Languida conſumtis ſed trahis ora genis?*
*Ne mireris, ait, deceptum fraude maligna*
*Vix miſerum vacua delituiſſe fuga:*
*Nam quæ [b] præda rogo, quæ ſpes contingere [c] poſſet,* b. namque rogas prędam. P. A.
*Iurgia nutricis cùm mihi verba darent?*
*Hæc ſibi dicta putet, ſeque hac ſciat arte notari,* c. poſſit P.
*Femineam quiſquis credidit eſſe fidem.*

## Aquila, & Teſtudo. II.

*PEnnatis auibus quondam teſtudo locuta eſt,*
*Si quis eam volucrum deſtituiſſet humi,*
*Protinus è rubris conchas proferret arenis,*
*Quîs pretium nitido cortice bacca daret.*
*Indignans ſibimet tardo quòd ſedula greſſu*
*Nil ageret toto, [d] perficerétue die.* d. proficeretque P. A.
*Aſt vbi promiſſis aquilam fallacibus implet,*
*Experta eſt ſimilem perfida lingua fidem.*
*Et male mercatis dum quærit ſidera pennis,*
*Occidit infelix alitis vngue [e] feræ.* e. fero P. A.

a. Tunc P. [a] *Tum quoq. ſublimes cùm iam moreretur in auras*
*Ingemuit, votis hæc licuiſſe ſuis.*
*Nam dedit exoſæ poſt hæc documenta quieti*
*Non ſine ſupremo magna labore peti.*
*Sic quicumque noua ſublatus laude tumeſcit,*
*Dat meritò pœnas, dum meliora cupit.*

## Cancri. III.

*CVrua retro cedens cùm fert veſtigia cancer,*
*Hiſpida ſaxoſis terga reliſit aquis.*
*Hunc genitrix facili cupiens præcedere greſſu,*
*Talibus alloquiis præmonuiſſe datur.*
*Ne tibi tranſuerſo placeant hæc deuia nate,*
b. ne P. A. *Rurſus in obliquos [b] neu velis ire pedes:*
*Sed niſu contenta ferens veſtigia recto,*
c. pedes P. *Innocuos prono tramite ſiſte [c] gradus.*
*Cui gnatus, faciam, ſi me præceſſeris, inquit,*
*Rectaque monſtrantem certior ipſe ſequar.*
*Nam ſtultum nimis eſt, cùm tu prauiſſima tentes,*
*Alterius cenſor vt vitioſa notes.*

## Boreas, & Phœbus. IV.

*IMmitis Boreas, placidusq́ue ad ſidera Phœbus*
*Iurgia cum magno conſeruere Ioue.*
*Quis prior inceptum peragat, mediumq́ue per orbem*
*Carpebat ſolitum forte viator iter.*
d. diſcutienda P. A. *Conuenit hanc potius liti præfigere cauſſam,*
*Pallia nudato [d] decutienda viro.*
e. lateri duplicē P. *Protinus impulſus ventis circumtonat æther,*
*Et gelidus nimias depluit imber aquas.*
f. qua P. A. id eſt, parte. *Ille magis [e] duplicem lateri circumdat amictum,*
*Turbida ſummotos [f] quo trahit aura ſinus:*

Sed

Ayuntamiento de Madrid

Sed tenues radios paullatim creſcere Phœbus
Iuſſerat, ut nimio ſurgeret igne iubar,
Donec laſſa volens requieſcere membra viator
Depoſita feſſus veſte [a] ſederet humi. a. reſedit P.A.
Tunc victor docuit præſentia numina Titan
Nullum præmiſſis vincere poſſe minis.

## Aſinus pelle Leonis indutus. V.

Metiri ſe quemque decet, propriiſque iuuari
Laudibus, alterius nec bona ferre ſibi.
Ne detracta grauem faciant miracula riſum,
Cœperit inſolitis [b] cùm remanere malis. b. remeare. P.A.
Exuuias aſinus Gætuli fortè leonis
Repperit, & ſpoliis induit ora nouis,
Aptauitque ſuis incongrua tegmina membris,
Et miſerum tanto preſſit honore caput.
Aſt ubi terribilis animo circumſtetit horror,
Pigraque præſumtus venit in oſſa vigor:
Mitibus ille feris communia pabula calcans,
[c] Turbabat [d] pauidos per ſua [e] rura boues. c. Turbauit P.
Ruſticus hunc magna poſtquam deprendit ab aure: d. pauidas P.A.
Correptum vinclis, verberibuſque domat,
Et ſimul abſtracto denudans corpora tergo e. luſtra feras P.A.
Increpat his miſerum vocibus ille pecus.
Forſitan ignotos mutato murmure fallis:
At mihi, [f] ceu quondam, ſemper aſellus eris. f. qui P.

## Rana, & Vulpes. VI.

Edita gurgitibus, olimque immerſa profundo,
Et luteis tantùm ſemper amica vadis,
Ad ſuperos colles, herboſaque prata recurrens
Mulcebat miſeras turgida rana feras,

a. quod P. A. *Callida [a] quò poſſet grauibus ſuccurrere morbis,*
*Et vitam ingenio continuare ſuo.*
*Nec ſe Pæonio iactat ceſſiſſe magiſtro,*
*Quamuis perpetuos curet in orbe Deos.*
*Tunc vulpes pecudum ridens aſtuta quietem,*
*Verborum vacuam prodidit eſſe fidem.*
*Hæc dabit ægrotis, inquit, medicamina membris,*
*Pallida cæruleus cui notat ora color?*
*Ne ſibimet quiſquam de rebus inaniter vllis,*
*Quas nequit, imponat, iſta fabella monet.*

## Canis, & Ruſticus. VII.

*HAud facile eſt prauis innatum mentibus, vt ſe*
*Muneribus dignas, ſupplicióue putent.*
*Fortè canis quidam nullis latratibus horrens,*
*Nec patulis primùm rictibus ora trahens,*
*Mollia ſed pauidæ ſummittens verbera caudæ,*
b. Cōſcius P. A. *[b] Concitus audaci vulnera dente dabat.*
*Hunc dominus, ne quem probitas ſimulata lateret,*
*Iuſſerat in rabido gutture ferre nolam.*
c. innexis P. A. *Faucibus, [c] & nexis crepitantia ſubligat æra,*
*Quæ facili motu ſigna cauenda darent.*
d. præmia P. A. *Hæc tamen ille ſibi credebat [d] munera ferri;*
*Et ſimilem turbam deſpiciebat ouans.*
e. Hunc P. *[e] Tunc inſultantem ſenior de plebe ſuperbum*
f. Aggreditur, P. A. *[f] Alloquitur, tali ſingula voce monens.*
*Infelix, quæ tanta rapit dementia ſenſum,*
*Munera pro meritis ſi cupis iſta dari?*
*Non hoc virtutis decus oſtentatur in ære:*
*Nequitiæ teſtem ſed geris inde ſonum.*



Ayuntamiento de Madrid

## Camelus, & Iupiter. VIII.

*Contentum propriis ſapientem viuere rebus,*
*Nec cupere alterius, noſtra fabella monet,*
*Indignata cito ne ſtet fortuna recurſu,*
*Atque eadem minuat, quæ dedit antè, rota.*
*Corporis immenſi fertur pecus iſſe per auras,*
*Et [a] magnis precibus ſollicitaſſe Iouem,* a. magnū P. A.
*Turpe nimis cunctis, irridendumque videri*
*Inſignes geminis cornibus ire boues,*
*Et ſolum nulla munitum parte camelum,*
*Obiectum cunctis, expoſitumque feris.*
*Iupiter [b] arridens poſtquam ſperata negauit,* b. irridens P.
*Inſuper & magnæ ſuſtulit auris onus,*
*Viue minor merito, cui ſors non ſufficit, inquit,*
*Et tua perpetuum liuide damna geme.*

## Viatores, & Vrſa. IX.

*Montibus ignotis, curuiſq; in vallibus arctum*
*Cum ſocio quidam ſuſcipiebat iter,*
*Securus quodcumque malum fortuna tuliſſet,*
*Robore collato poſſet vterque pati.*
*Dumque per inceptum vario ſermone feruntur,*
*In mediam præceps conuenit vrſa viam.*
*Horum alter facili comprendens robora curſu*
*In viridi trepidum fronde pependit onus:*
*Ille trahens nullo iacuit veſtigia greſſu,*
*Exanimem fingens, ſponte [c] reliſus humi.* c. relifit P, A.
*Continuò prædam cupiens fera ſæua cucurrit,*
*Et miſerum curuis vnguibus ante leuat:*
[d] *Verum vbi concreto riguerunt membra timore:* d. Aſt P. A.
*Nam ſolitus mentis liquerat oſſa calor:*

Tunc olidum credens, quamuis ieiuna, cadauer
Deſerit, & luſtris conditur vrſa ſuis.
Sed cùm ſecuri paullatim in verba rediſſent:
Liberior iuſto qui fuit antè fugax,
Dic ſodes, quidnam trepido tibi rettulit vrſa?
Nam ſecreta diu, multaque verba dedit.
a. multa A. [a] Magna quidē monuit: tamen hæc quoq. maxima
b. dixit, P. Quæ miſero ſemper ſunt faciēda mihi. ([b] iuſſit,
Ne facilè alterius repetas conſortia dixit,
Rurſus ab inſana ne capiare fera.

## Eques caluus. x.

CAluus eques capiti ſolitus religare capillos,
c. nudo P. A. Atque alias [c] nitido vertice ferre comas,
Ad campum nitidis venit conſpectus in armis,
Et facilem frenis flectere cœpit equum.
Huius ab aduerſo Boreæ ſpiramina praſtant,
Ridiculum populo conſpiciente caput.
Nam mox deiecto nituit frons nuda galero,
Diſcolor appoſita quæ fuit antè coma.
Ille ſagax, tantis quòd riſus milibus eſſet,
Diſtulit admota calliditate iocum.
d. referens poſitos P. A. Quid mirum [d] poſitos referens fugiſſe capillos,
Quem prius æquæuæ deſeruere comæ?
Ridiculo cuiquam cùm ſis, abſoluere temet
Oppoſita veri cum ratione ſtude.

## Olla ærea, & lutea. x I.

e. Accipiens A. [e] ERipiens geminas ripis cedentibus ollas
Inſanis pariter flumen agebat aquis.
Sed diuerſa duas ars & natura creauit.
Ære prior fuſa eſt: altera ficta luto.

Diſpar

Ayuntamiento de Madrid

*Diſpar erat [a] fragili, & ſolidæ concordia motus,*
*Incertumque vagus amnis habebat iter.*
*Ne tamen eliſam confringeret ærea teſtam,*
*Iurabat ſolitam longius ire viam.*
*Illa timens ne quid lenibus grauiora nocerent,*
*Et quia nulla [b] breui cum meliore [c] fides,*
*Quamuis ſecuram verbis me feceris, inquit,*
*Non timor ex animo [d] decutiendus erit.*
*Nam, me ſiue tibi, ſeu te mihi conferat vnda,*
*Semper ero ambobus ſubdita ſola malis.*
*Pauperior caueat ſeſe ſociare potenti;*
*Namque fides illi cum parili melior.*

a. ſolidæ, & fragilis P.
b. fides A.
c. breui A.
d. diſcutiendus P. A.

## Ruſticus, qui theſaurum inuenerat. XII.

*RVſticus impreſſo [e] molitus vomere terram,*
*Theſaurum ſulcis proſiluiſſe videt.*
*Mox indigna animo properante reliquit aratra,*
*Semina compellens ad meliora boues.*
*Continuò ſupplex telluri conſtruit [f] aras,*
*Quæ ſibi depoſitas ſponte dediſſet opes.*
*Hunc fortuna nouis gaudentem prouida rebus,*
*Ammonet indignam ſe quoque thure dolens.*
*Nunc inuenta meis non [g] profers munera templis,*
*Atque alios mauis participare Deos.*
*Sed cùm ſubrepto fueris triſtiſſimus auro,*
*Me primam lacrymis ſollicitabis inops.*
*Non me ridenti, ſed triſti cernere vultu,*
*Fas erit, & vacua ſint tibi vota tua.*
*Vnius accepto peccat graue quiſque talento,*
*Si, quod ab hoc ſumpſit, imputat hoc alij.*

e. mollitur P.
f. aram, P A.
g. prodis P.

Tau-

## Taurus & Leo. XIII.

IMmenſum taurus fugeret cùm fortè leonem,
Tutaque deſertis quæreret antra viis:
Speluncam reperit, quam tunc hirſutus habebat,
Cinyphij ductor qui [a] gregis eſſe ſolet.
[b] Poſt ubi ſummiſſa meditantem irrumpere fronte
Obuius obliquo terruit ore caper:
Triſtis abit, longaque fugax de valle locutus:
Nam timor expulſum iurgia ferre vetat:
Non te dimiſſis ſetoſum putide barbis,
Illum qui ſuper eſt, conſequiturque, tremo.
Nam ſi diſcedat, noſces ſtultiſſime quantum
Diſcrepet à tauri viribus hircus olens.
Dum cupis illatum tibimet perſoluere damnum,
Abſque tui damno hocce caueto fore.

a. ſolet eſſe gregis A.
b. Aſt. P. Hunc vir A.

## Simia & Iupiter. XIV.

IVpiter in toto quondam quæſiuerat orbe,
Munera natorum quis meliora daret.
Certatim ad regem currit genus omne ferarum,
Permiſtumque homini cogitur ire pecus.
Sed nec ſquamigeri deſunt ad iurgia piſces,
Vel quidquid volucrum purior aura vehit.
Inter quos trepidæ ducebant pignora matres,
Iudicio tanti diſcutienda Dei.
Tunc breuis informem traheret cùm ſimia natum,
Ipſum etiam in riſum compulit ire Iouem.
[c] Hanc tamen ante alias rupit turpiſſima vocem,
Dum generis crimen ſic abolere cupit:
Iupiter hoc norit, maneat victoria ſi quem,
Iudicio intereſt omnibus iſte meo.

c. Hæc P.

Ergo

[a] *Ergo mos homini eſt, quidquid ſibi fecerit ipſe,*
*Vile licet maneat, comprobat ipſe tamen.*
*Nolo velis rerum quidquam laudare tuarum,*
*Alterius niſi ſint ore probata prius.*

a. Sic mos eſt hominis A.

## Grus, & Pauo. XV.

*THreiciam volucrem fertur Iunonius ales*
*Communi ſociam continuiſſe cibo.*
*Namque inter varias fuerat diſcordia formas,*
*Magnaque de facili iurgia lite trahunt.*
*Quòd ſibi multimodo fulgerent membra decore,*
*Cæruleam facerent liuida terga gruem.*
*Et ſimul erectæ circumdans tegmina caudæ,*
*Sparſerat arcanum rurſus in aſtra iubar.*
*Illa licet nullo pennarum certet honore,*
*His tamen inſultans vocibus vſa datur.*
*Quamuis innumerus plumas variauerit ordo,*
*Merſus humi ſemper florida terga geris.*
*Aſt ego deformi ſublimis in [b] aëre penna,*
*Proxima ſideribus, Numinibusque feror.*
*Si quadam virtute nites, ne [c] reſpue quemquam,*
*Ex alia quadam forſan & [d] ipſe nitet.*

b. aëra P. A.
c. deſpice P. A.
d. ille P. A.

## Quercus, & Arundo. XVI.

*MOntibus è ſummis radicitus eruta quercus*
*Decidit, inſani turbine victa noti.*
*Quam tumidus ſubter decurrens alueus vndis*
*Suſcipit, & fluuio præcipitante rapit.*
[e] *Verùm, vbi diuerſis impellitur ardua ripis*
*In fragiles calamos grande reſedit onus.*
*Tunc ſic exiguo connectens ceſpite ramos,*
*Miratur liquidis quòd ſtet arundo vadis.*

e. Aſt P.



Ayuntamiento de Madrid

*Se quoque tam vaſto nec dum conſiſtere trunco,*
*Aſt illam tenui cortice ferre minas.*
*Stridula mox blando reſpondit canna ſuſurro,*
*Seque magis tutam debilitate docet.*
*Tu rapidos, inquit, ventos, ſæuaſque procellas*
*Deſpicis, & totis viribus acta ruis:*
*Aſt ego ſurgentes paullatim demoror Auſtros,*
*Et quamuis leuibus prouida cedo Notis.*
*In tua præruptus offendit robora nimbus:*
*Motibus aura meis ludificata perit.*
*Hæc nos dicta monent magnis obſiſtere fruſtra,*
*Paullatimque truces exſuperare minas.*

## Tigris, & Venator. XVII.

*VEnator iaculis haud irrita vulnera torquens,*
a. pauidas P. A.
*Turbabat [a] rapidas per ſua luſtra feras.*
*Tunc pauidis audax cupiens ſuccurrere tigris,*
b. abeſſe P. A.
*Verbere commotas iuſſit [b] adeſſe minas.*
*Ille tamen ſolito contorquens tela lacerto,*
c. ille A.
*Nunc tibi qualis eram nuntius [c] iſte refert.*
d. emiſſo tranſiecit viſcera ferro A.
*Et ſimul [d] emiſſum tranſegit [e] vulnera ferrum,*
*Perſtrinxitque citos haſta cruenta pedes.*
*Molliter affixum traheret cùm ſaucia telum,*
e. viſcera P.
*A trepida fertur vulpe retenta diu.*
f. fort. Quis dic
*[f] Dic quis ille foret, qui talia vulnera ferret,*
*Aut vbi nam iaculum delituiſſet agens.*
g. fort. gemit,
*Illa [g] gemens, fractoque loqui vix murmure cœpit:*
*Nam ſolitas voces ira, doloque rapit.*
*Nulla quidem medio conuenit in aggere forma,*
*Quæque oculis olim ſit repetenda meis:*
*Sed cruor, & validis in nos directa lacertis*
*Oſtendunt aliquem tela fuiſſe virum.*



Ayuntamiento de Madrid

*Bruta licet ſoleant animalia iure timeri,*
*Omnibus eſt illis plus metuendus homo.*

## Iuuenci, & Leo. XVIII.

*QVatuor immenſis quondam per prata iuuencis*
*Fertur amicitiæ tanta fuiſſe fides,*
*Vt ſimul emiſſos nullus [a] diuelleret error,*
*Rurſus & è paſtu turba rediret ouans:*
*Hos quoque collatis inter ſe cornibus ingens*
*Dicitur in ſiluis pertimuiſſe leo,*
*Dum metus oblatam prohibet tentare rapinam,*
*Et coniuratos horret adire boues.*
*Sed, quamuis audax, factuque immanior eſſet,*
*Tantorum ſolus viribus impar erat.*
*Protinus aggreditur prauis inſiſtere verbis,*
*[b] Colliſum cupiens diſſociare pecus.*
*Sed poſtquam dictis tauros diſiunxit acerbis,*
*Inuaſit miſerum, diripuitque gregem.*
*Tunc quidam ex [c] ipſis, vitam ſeruare quietam*
*Qui [d] cupit, ex noſtra diſcere morte poteſt:*
*Néue citò admotas verbis fallacibus aures*
*Impleat, aut veterem deſerat antè fidem.*

a. deuelleret horror P.

b. Collatum P. A. Collectũ *Brantus.*

c. illis, P. A.

d. cupias, noſtra A.

## Abies, & Dumus. XIX.

*HOrrentes dumos abies pulcerrima riſit,*
*Cùm facerent formæ iurgia magna ſuæ,*
*Indignum referens cunctis certamen haberi,*
*Quos meritis nullus conſociaret honor.*
*Nam mihi deductum ſurgens in nubila corpus,*
*Verticis erectas tollit in aſtra comas:*
*Puppibus & patulis media cum ſede locamur,*
*In me ſuſpenſos explicat aura ſinus.*



Ayuntamiento de Madrid

a. quia *At tibi deformem [a] quòd dant ſpineta figuram,*
*Deſpectum cuncti præteriere viri.*
*Ille refert. nunc læta quidem bona ſola fateris,*
*Et noſtris frueris imperioſa malis.*
*Sed cùm pulcra minax ſuccidet membra ſecuris,*
*Quàm velles ſpinas tunc habuiſſe meas!*
*Nemo ſuæ carnis nimium lætetur honore,*
*Ne vilis factus poſt ſua damna gemat.*

## Piſcator, & Piſcis. XX.

*PIſcator ſolitus prædam ſuſpendere ſeta,*
*Exigui piſcis vile trahebat onus.*
*Sed poſtquàm ſuperas captum perduxit ad auras,*
*Atque auido fixum vulnus ab ore tulit:*
*Parce precor lacrymis ſupplex ita dixit obortis:*
b. Heu, P. [b] *Nam quanta ex noſtro corpore damna feres?*
*Nunc me ſaxoſis genitrix fecunda ſub antris*
*Fudit, & propriis ludere iuſſit aquis:*
*Tolle minas, tenerumque tuis ſine creſcere menſis:*
c. rurſus P. A. *Hæc tibi me [c] rurſum litoris ora dabit.*
d. paſtus per P. A. *Protinus immenſi [d] depaſtus cærula Ponti,*
*Pinguior ad calamum ſponte [e] recurro tuum.*
e. redibo P. *Ille nefas captum referens abſoluere piſcem:*
*Difficiles queritur caſibus eſſe vices.*
f. ſtultū P. *Nam [f] miſerum eſt, inquit, præſentem amittere prædam,*
*Stultius & rurſum vota diurna ſequi.*
*Incerta pro ſpe non munera certa relinque,*
*Ne rurſus quæras, forsè nec inuenias.*

## Ruſticus, & Auis. XXI.

*PArvula progeniem terræ mandauerat ales,*
*Qua ſtabat viridi ceſpite flaua ſeges.* Ru-

Ayuntamiento de Madrid

*Ruſticus hanc fragili cupiens decerpere culmo,*
*Vicinam ſupplex fortè petebat opem.*
*Sed vox implumes turbauit credula nidos:*
*Suaſerat* [a] *& Laribus continuare fugam.* a.à.P.
*Cautior hos remeans prohibet diſcedere mater:*
*Nam, quid ab externis perficietur? ait.*
*Ille iterum caris operam mandauit amicis*
*At genitrix rurſum tutior inde manet.*
*Sed poſtquam* [c] *curuas dominum cõprendere falces,* b.dominũ curuas P. A.
*Frugibus & veram ſenſit adeſſe manum:*
*Nunc ait, ô miſeri, dilecta relinquite rura,*
*Cùm ſpem de propriis viribus ille petit.*

## Inuidus, & Auarus. XXII.

*IVpiter ambiguas hominum* [c] *prædiſcere mentes,* c.Prænoſcere P. A.
*Ad terras Phœbum miſit ab arce poli.*
*Tunc duo diuerſis poſcebant munera votis:*
*Namque alter cupidus, inuidus alter erat.*
*His ſeſe medium Titan ſcrutatus vtrumque*
*Obtulit, & precibus vt peteretur, ait.*
*Præſtandi facilis: nam quæque rogauerit vnus,*
*Protinus hæc alter congeminata feret.*
*Sed cui longa iecur nequeat ſatiare cupido,*
*Diſtulit admotas in noua damna preces:*
*Spem ſibi confidens alieno creſcere voto,*
*Seque ratus ſolum munera ferre duo.*
*Ille vbi captantem ſocium ſua præmia vidit,*
*Supplicium proprij corporis optat ouans.*
*Nam petit exſtinctus vt lumine degeret vno,*
*Alter vt hoc duplicans viuat vtroque carens.*
*Tunc ſortem ſapiens humanam riſit Apollo,*
*Inuidiæque malum rettulit* [d] *ipſe Ioui.* d. inde A.

*Qui dum prouentis aliorum gaudet iniquis,*
*Lætior infelix & ſua damna cupit.*

## Statuarius. XXIII.

*VEnditor inſignẽ referens de marmore Bacchũ,*
*Expoſitum pretio fecerat eſſe Deum.*
*Nobilis hunc quidam, funeſta in ſede ſepulcri,*
*Mercari cupiens, compoſiturus erat.*
a. numina N.A. *Alter adoratis vt ferret [a] munera templis,*
*Redderet & ſacro debita vota loco:*
*Nunc, ait, ambiguum facies de mercibus omen,*
b. agat P. A. *Cùm ſpes in pretium munera diſpar [b] agit,*
c. mauis P. A. *Et me defunctis ſeu [c] malis tradere Diuis,*
*Siue decus buſti, ſeu velis eſſe Deum.*
d. fati, P. A *Subdita namque tibi eſt magni reuerentia [d] facti,*
*Atque eadem retines funera noſtra manu.*
*Conuenit hoc illis, quibus eſt permiſſa poteſtas,*
e. prodeſſe P. *An [e] præſtare magis, ſeu nocuiſſe velint.*

## Venator, & Leo. XXIIII.

*CErtamen longa protractum lite gerebant*
*Venator quondam nobilis, atque leo.*
*Hi cùm perpetuum cuperent in iurgia finem,*
*Edita continuò fortè ſepulcra vident.*
*Illic docta manus flectentem colla leonem*
*Fecerat in gremio procubuiſſe viri.*
*Scilicet affirmans pictura teſte ſuperbum*
*Se fieri: exſtinctam nam docet eſſe feram.*
*Ille graues oculos ad inania ſigna retorquens*
rapido A. *Infremit, & [f] rabido pectore verba dedit.*
*Irrita te generis ſubiit fiducia noſtri,*
*Artificis teſtem ſi cupis eſſe manum.*

Quod

[a] Quòd ſi noſtra nouum caperet ſollertia ſenſum,
Sculperet ut docili pollice ſaxa leo:
Tũc hominẽ adſpiceres oppreſſum murmure magno,
Conderet ut [b] rabidis vltima fata genis.

## Puer, & Fur. XXV.

FLens puer extremam putei conſedit ad oram,
Vana ſuperuacuis rictibus ora trahens.
Callidus hunc lacrymis poſtquam fur vidit obortis,
Quænam triſtitiæ ſit modò cauſſa, rogat.
Ille ſibi abrupti fingens diſcrimina funis,
[c] Atque auri queritur deſiluiſſe cadum.
Nec mora, ſollicitã traxit manus improba [d] mẽtem,
Exutus putei protinus ima petit.
Paruulus exiguo circumdans pallia collo,
Sentibus [e] immerſus delituiſſe datur.
Sed poſt [f] fallacis ſuſcepta pericula [g] voti
Triſtior amiſſa veſte reſedit humi.
Dicitur his ſollers vocem rupiſſe querelis,
Et gemitu ſummos ſollicitaſſe Deos.
Perdita, quiſquis erit, poſt [h] hac bene pallia credat,
Qui putat in liquidis quod natet vrna vadis.
Nemo nimis cupidè ſic res deſideret vllas,
Ne plus cùm cupiat, perdat & id, quod habet.

## Leo, & Capella. XXVI.

VIderat excelſa paſcentem rupe capellam,
Cominus eſuriens cùm leo ferret iter.
Et prior, heus inquit, præruptis ardua ſaxis
Linque, nec hirſutis paſcua quære iugis.
Sed cythiſi croceum per prata virentia florem,
Et glaucas ſalices, & thyma grata pete.



a. Sed P.
b. rapidis P. A.
c. Auri conqueritur P.
d. veſtem P. A.
e. in medijs P.
f fallaci A.
g. voto A
h. hæc A.

*Illa gemens, deſiſte precor fallaciter, inquit,*
*Securam placidis* [a] *inſimulare dolis.*
*Vera licet moneas, maiora pericula tollas,*
*Tu tamen his dictis non facis eſſe fidem.*
*Nam quamuis rectis conſtet ſententia verbis,*
[b] *Suſpectam hanc* [c] *rabidus conſiliator* [d] *habet.*
*Ne citiùs blandis cuiuſquam credito dictis:*
*Sed ſi ſint fidei, reſpice quid moneant.*

a. inſinuare A.
b. *Fortaſſe* Suſpēſam *id eſt, incertā, dubiam.*
c. grauidus P. A.
d. habes. P.

## Cornix, & Vrna. XXVII.

*INgentem ſitiens cornix adſpexerat vrnam,*
*Quæ minimam fundo continuiſſet aquam.*
*Hanc enixa diu planis effundere campis,*
*Scilicet vt nimiam pelleret inde ſitim.*
*Poſtquam nulla viam virtus dedit, admouet omnes*
*Indignata noua calliditate dolos.*
*Nam breuis immerſis accreſcens ſponte lapillis*
*Potandi facilem præbuit vnda viam.*
*Viribus hæc docuit, quàm ſit prudentia maior,*
*Quæ cœptum volucris explicuiſſet opus.*

## Ruſticus, & Iuuencus. XXVIII.

*VIncla recuſanti, dedignantique iuuenco*
*Aſpera mordaci ſubdere colla iugo:*
*Ruſticus obliqua ſuccidens cornua falce,*
*Credidit inſanum defremuiſſe pecus.*
*Cautus & immenſo ceruicem* [c] *innectit aratro:*
*Namque erat hic cornu promptior, atque pede.*
*Scilicet vt longus prohiberet* [f] *vulnera temo,*
*Néue ictus faciles vngula ſæua daret.*
*Sed poſtquam irato detrectans vincula collo,*
*Immeritam* [g] *vacuo calce fatigat humum:*

c. nectit P. A.
f. verbera P. A.
g. vacua P.

*Con-*

*Continuò euerſam pedibus diſpergit arenam,*
*Quam ferus in domini ora ſequentis [a] agit.* a. agat. A.
*Tunc ſic informi ſqualentes puluere crines*
*Diſcutiens, imo pectore victus ait.*
*Nimirum exemplum naturæ deerat iniquæ,*
[b] *Qua fieri poſſes cum ratione nocens.* b. Quo fieri poſſet P.A

## Satyrus, & Viator. XXIX.

*Horrida congeſtis cùm ſtaret bruma pruinis,*
*Cunctaque durato ſtringeret arua gelu:*
*Hæſit in aduerſa membrorum mole viator:*
*Perdita nam prohibet ſemita ferre gradum.*
*Hunc nemorum cuſtos fertur miſeratus in antro*
*Exceptum Satyrus continuiſſe ſuo:*
*Quem ſimul adſpicieus ruris miratur alumnus,*
*Vimque homini tantam protinus eſſe pauet.*
*Nam, gelidos artus vitæ vt reuocaret in vſum,*
*Afflatas calido ſoluerat ore manus.*
*Sed cùm depulſo cœpiſſet frigore lætus*
*Hoſpitis eximia ſedulitate frui:*
*Namque illi agreſtem cupiens oſtendere vitam,*
*Siluarum referens optima quæque dabat:*
*Obtulit, & calido plenum cratera Lyæo,*
*Laxet vt infuſus frigida membra tepor.*
*Ille vbi feruentem labris contingere teſtam*
*Horruit: algenti rurſus ab ore [c] tulit.* c. ſufflat P A.
*Obſtupuit duplici monſtro perterritus hoſpes,*
[d] *Et pulſum ſiluis longiùs ire iubet.* d. Expulſ[um] P.A.
*Nolo, ait, vt noſtris [e] vnquam ſucceſſerit antris,* e. quiſqu[am] P.
*Tam diuerſa duo qui ſimul ore [f] ferat.* f. gerat P[.] ferat ore ſimul. A.
*Qui bene colloquitur coram, ſed poſtea prauè:*
*Hic erit inuiſus, bina quòd ore gerat.*



Ayuntamiento de Madrid

## Ruſticus, & Sus. XXX.

VAſtantem ſegetes, & pinguia culta ruentem
Liquerat abſciſa ruſticus aure ſuem,
Vt memor accepti referens monumenta doloris,
Vlterius teneris parceret ille ſatis.
a. gramine P. Rurſus in excepti deprenſus [a] crimine campi,
Perdidit indultæ perfidus auris onus.
Nec mora, prædictæ ſegeti caput intulit horrens,
Pœna ſed indignum congeminata facit.
b. Tunc P. A. [b] Tum domini captum menſis dedit ille ſuperbis,
In varias epulas plurima fruſta ſecans.
Sed cùm conſumti dominus cor quæreret apri,
c. cor P. A. Impatiens fertur [c] quod rapuiſſe cocus:
d. domini P. Ruſticus hoc [d] iuſtam verbo compeſcuit iram,
Affirmans ſtultum non habuiſſe ſuem.
e. demens P. A. Nam cur membrorum [e] toties in damna rediſſet,
f. toties P. A. Atque vno [f] demens poſſet ab hoſte capi.
Hæc illos deſcripta monent, qui ſæpius auſi,
Numquam peccatis abſtinuere manus.

## Mus, & Bos. XXXI.

INgentem fertur mus quondam paruus oberrans
Auſus ab exiguo lædere dente bouem.
Verùm vbi mordaci confecit vulnera roſtro,
g. ipſe P. Tutus in amfractus conditur [g] inde ſuos.
Ille licet vaſta toruum ceruice minetur,
h. ipſe A. eſſe P. Non tamen iratus, quem petat, [h] ille videt.
i. Hunc P. [i] Tunc indignantem iuſto ſermone fatigans
Diſtulit hoſtiles calliditate minas:
Non quia magna tibi tribuerunt membra parentes,
Viribus effectum conſtituere tuis.

Diſce

*Diſce tamen breuibus quæ ſit fiducia [a] monſtris,*
*[b] Et faciat quidquid paruula turba [c] cupit.*

a. mēbris P. A.
b. Et facies P.
Vt faciat A. & P. in interſtitio.
c. petit P.
d. depoſitis P. A.

## Ruſticus, & Hercules. XXXII.

HÆrentem luteo ſub gurgite ruſticus axem
Liquerat, & nexos ad iuga tarda boues.
Fruſtra [d] diſpoſitis confidens Numina votis
Ferre ſuis rebus, cùm reſideret, opem.
Cui rector ſummus Tirynthius infit ab aſtris:
Nam vocat hunc ſupplex in ſua vota Deum:
Perge laborantes ſtimulis agitare iuuencos,
Et manibus pigras diſce [e] iuuare rotas.
Tunc quoque congreſſus, maioraque viribus auſus
Fac Superos animis conciliare tuis.
Diſce tamen pigris non flecti Numina votis,
Præſenteſque adhibe, cùm facis ipſe, Deos.

e. leuare P.

## Anſer, & Ruſticus. XXXIII.

ANſer erat [f] cuidam pretioſo germine ſeta,
Ouaque quæ nidis aurea ſæpe [g] daret.
Fixerat hanc volucri legem natura ſuperbæ,
Ne liceat pariter munera ferre duo.
Sed dominus cupidum ſperans vaneſcere votum,
Non tulit exoſas in ſua lucra moras.
Grande ratus pretium volucris de morte referre,
Qui tam continuo munere diues erat.
Poſtquam nuda minax egit per viſcera ferrum,
Et vacuam ſolitis fetibus eſſe videt;
Ingemuit tantæ deceptus crimine fraudis:
Nam pœnam meritis rettulit inde ſuis.
Sic [h] qui cuncta Deos vno male tempore poſcunt,
Iuſtius his etiam vota diurna negant.

f. quondā P.
g. dabat. P. A.
h. quicunquot P.



Ayuntamiento de Madrid

## Formica, & Cicada. XXXIV.

a. mala. P. A.
b. ereptos P. A.
c. ipſa caſis. P.
d. Decolor

QViſquis torpentem paſſus tranſire iuuentam,
Nec timuit vitæ prouidus antè [a] ſuæ:
Confectus ſenio, poſtquam grauis adfuit ætas,
Heu fruſtra alterius ſæpe rogauit opem.
Solibus [b] obreptos hiemi formica labores
Diſtulit, & breuibus condidit [c] antè cauis:
Verùm vbi candentes ſuſcepit terra pruinas,
Aruaque ſub gelido delituere gelu,
Pigra nimis tantos non æquans corpore nimbos,
In propriis Laribus humida grana legit.
[d] Diſcolor hanc precibus ſupplex alimenta rogabat,
Quæ quondam querulo ruperat arua ſono.
Se quoque maturas cùm tunderet area meſſes,
Cantibus æſtiuos explicuiſſe dies.
Paruula tunc ridens ſic eſt affata cicadam:
Nam vitam pariter continuare ſolent.
Mî quoniam ſummo ſubſtantia parta labore eſt,
Frigoribus medius otia longa traho.
At tibi ſaltandi nunc vltima tempora reſtant,
Cantibus eſt quoniam vita peracta prior.

## Simia, & gnati. XXXV.

e. Diuidit P. A.
f. cara P.
g. dilexit, id eſt eduxit P. produxit A.
h. Ceperat P. A.
i. ſibi A.

FAma eſt, quod geminū profundēs ſimia partum
[e] Diuidat in varias pignora [f] nata vices.
Namque vnum caro genitrix [g] eduxit amore,
Alterius odiis exſaturata tumet.
[h] Ceperit vt fetam grauior terrere tumultus,
Diſſimili gnatos conditione rapit.
Dilectum manibus, [i] vel pectore geſtat amico,
Contemtum dorſo ſuſcipiente leuat,



Ayuntamiento de Madrid

*Sed cùm laſſatis nequeat conſiſtere plantis,*
*Oppoſitum fugiens ſponte* [a] *relinquit onus.* a. remittit P. A.
*Alter ab hirſuto circumdans brachia collo*
*Hæret, & inuita cum genitrice fugit.*
*Mox quoque dilecti ſuccedit in oſcula fratris*
*Seruatus, vetulis vnicus heres auis.*
*Sic multos neglecta iuuant, atque ordine verſo*
*Spes humiles rurſus in meliora refert.*

## Vitulus, & Bos. XXXVI.

*PVlcer & intacta vitulus ceruice reſultans*
*Scindentem aſſiduè viderat arua bouem.*
*Non pudet, heus, inquit, longæuo vincula collo*
*Ferre, nec expoſitis otia noſſe iugis:*
*Cùm mihi ſubiectus pateat diſcurſus in herbas,*
*Et nemorum liceat rurſus opaca ſequi.*
*At ſenior, nullam verbis compulſus in iram,*
*Vertebat ſolitam vomere ſeſſus humum,*
*Donec depoſito per prata liceret aratro*
*Molliter herboſo procubuiſſe toro.*
*Mox vitulum ſacris innexum reſpicit aris*
[b] *Admotum cultro comminus ire* [c] *prope.* b. Admoto P. c. videt P. pares. A.
*Hanc tibi triſtis, ait, dedit indulgentia mortem,*
*Expertem noſtri quæ facit eſſe iugi.*
*Proderit ergo graues quamuis perferre labores,*
*Otia quàm tenerum mox peritura pati.*
*Eſt hominum ſors iſta, magis felicibus vt mors*
*Sit cita, cùm miſeros vita diurna regat.*

## Canis & Leo. XXXVII.

*PInguior exhauſto canis occurriſſe leoni*
*Fertur, &* [c] *inſertis verba dediſſe iocis* c. immiſtis P. inſanis A.



Ayuntamiento de Madrid

*Nónne vides duplici tendantur vt ilia tergo,*
*Luxurietque toris nobile pectus? ait.*
*Proximus humanis ducor poſt otia menſis,*
*Communem capiens largiùs ore cibum:*
*Sed, quòd craſſa, malũ, circumdat guttura ferrum,*
*Ne cuſtodita fas ſit abire domo.*
*At tu magna diu moribundus luſtra pererras,*
*Donec ſe ſiluis obuia præda ferat.*
*Perge igitur noſtris tua ſubdere colla catenis,*
*Dum liceat faciles promeruiſſe dapes.*
*Protinus ille grauem gemitu collectus in iram,*
*Atque ferox animi nobile murmur agit.*
*Vade ait, & meritis nodum ceruicibus infer,*
a.Cõpeſcantque P. A. *[a] Compenſentque tuam vincula dura famem.*
*At mea cum vacuis libertas redditur antris,*
*Quamuis ieiunus quælibet arua peto.*
*Has illis epulas potius laudare memento,*
*Qui libertatem poſtpoſuere gulæ.*

## Piſcis fluuiatilis, & marinus.

### XXXVIII.

*DVlcibus è ſtagnis fluuio torrente coactus*
*Æquoreas præceps piſcis obibat aquas.*
*Illic ſquamigerum deſpectans improbus agmen*
*Eximium ſeſe nobilitate refert.*
b.ſub P. *Non tulit expulſum patrio [b] de gurgite phoca,*
*Verbaque cum ſalibus aſperiora dedit.*
*Vana laboratis aufer mendacia dictis,*
c. queant. P. *Quæque refutari te quoque teſte [c] valent.*
*Nam quis erit potior populo ſpectante probabo,*
*Si pariter captos humida lina trahant.*
d.emptor: *Tunc me nobilior magno mercabitur [d] auro:*
*Te ſimul ære breui debile vulgus emet.*

Quiſ-

*Quiſquis ab externis nuper deuenerit oris,*
*Non decet indigenis vt velit eſſe prior.*

## Miles, & Lituus. XXXIX.

*VOuerat attritus quondam per prædia miles*
*Omnia ſuppoſitis ignibus arma dare:*
*Vel quæ victori moriens ſibi turba dediſſet,*
*Vel quidquid profugo poſſet ab hoſte capi.*
*Interea votis ſors adfuit, & memor arma*
*Cœperat accenſo ſingula ferre rogo.*
*Tunc lituus rauco deflectens murmure culpam.*
*Immeritum flamis ſe docet eſſe prius.*
*Nulla tuos, inquit, petierunt tela lacertos,*
*Viribus affirmes quæ tamen acta meis.*
*Sed tantum ventis, & cantibus arma coëgi,*
*Hoc quoque ſubmiſſo teſtor & aſtra ſono.*
*Ille reſultantem flamis crepitantibus addens,*
*Nunc te maior, ait, pœna, dolorque rapit.*
*Nam licet ipſe nihil* [a] *poſſis tentare, nec auſus,* a. poſſes. P.
*Sæuior hoc, alios quod facis ipſe malos.*

## Pardus, & Vulpes. XL.

*DIſtinctus maculis, & pulcro pectore pardus*
*Inter conſimiles ibat in arua feras.*
[b] *Et quòd nulla graues variarent terga leones,* b. Sed quia P.
*Protinus his miſerum credidit eſſe genus.*
*Cetera ſordenti damnans animalia vultu,*
*Solus in exemplum nobilitatis erat.*
*Hunc arguta nouo gaudentem vulpes amictu*
*Corripit, & vanas approbat eſſe notas.*
*Vade, ait, & pictæ nimium confide iuuentæ,*
*Dum mihi conſilium pulcrius eſſe* [c] *queat.* c. poteſt, P.

Mire-

Ayuntamiento de Madrid

consilio + pollet, cui vim natura negavit +

Miremurq́ue magis quos munera mentis adornant,
Quam qui corporeis enituere bonis.

## Nimbus, & Teſta. XLI.

IMpulſus ventis, & preſſa nube coactus,
Ruperat hibernis ſe grauis imber aquis.
Cúmque per effuſas ſtagnaret turbine terras,
Expoſitum campis fictile preſſit opus.
Mobile namque lutum tepidus prius inſtruit aër,
Diſcat vt admoto rectiùs igne coqui.
Tunc nimbus fragilis perquirit nomina teſtæ.
Immemor illa ſui, amphora dicor, ait.
Nunc me docta manus rapiente volumina gyro
Molliter obliquum iuſſit habere latus.
Hactenus hac, inquit, liceat conſtare figura:
Nam te ſubiectam diluet imber aquis.
Et ſimul accepto violentiùs amne fatiſcens,
Pronior in tenues victa cucurrit aquas.
Infelix, quæ magna ſibi cognomina ſumens
Auſa pharetratis nubibus iſta loqui.
Hæc poterunt miſeros poſt hac exempla monere,
a. facta P. Subdita nobilibus vt ſua [a] fata gemant.

## Lupus, & Hædus. XLII.

FOrte lupum melior curſu deluſerat hædus,
Proxima vicinis dum petit arua caſis.
Inde fugam recto tendens in mœnia curſu,
Inter lanigeros adſtitit ille greges.
b. Impiger P. [b] Impius hunc raptor mediámq. ſecutus in vrbem,
Tentat compoſitis ſollicitare dolis.
Nónne vides, inquit, cunctis vt victima templis
c. Immeritaq. gemens A. [c] Immerita pecudum morte cruentet humum?

Quod

*Quod niſi ſecuro valeas te reddere campo,*
*Heu mihi vittata tu quoque fronte cades.*
*Ille refert. modo, quam metuis, precor, exue curam,*
*Et tecum viles improbe tolle minas.*
*Nam* [a] *ſat erit ſacrum Diuis fudiſſe cruorem,* a. fortè ſatius
*Quàm* [b] *rapidi fauces exſaturare lupi.* b. rapido fauces exſatiare lupo P.
*Sic quoties* [c] *duplici ſubduntur triſtia caſu,* c. ſuberit duplici triſtitia P.
*Expedit inſignem promeruiſſe necem.*

FINIS.

N. liber Canonicorum Nouiomagenſium Collegij Catharinæ.
A. eiuſdem collegij alter.
P. Theod. Pulmanni.

Ayuntamiento de Madrid

# RVFI FESTI AVIENI VITA, EX LILII GREGORII GYRALDI DE LATINIS POETIS Dialogo IIII.

RVFVS Feſtus Auienus, qui & in antiquis codicibus Abienus dicitur, & in Seruij etiam commentariis. Hic ab aliquibus Hiſpanus eſt exiſtimatus: ego certè nihil habeo, quo vobis id affirmare poſſim. Hic Dionyſij Punici de ſitu orbis verſus ex Græcis Latinos fecit, item Aratea Phænomena: quod vtrumque opus exſtat carmine hexametro expreſſum. Et præter hæc de oris maritimis librum edidit, carmine trimetro iambico, ad Probum, virum conſularem: ad quem etiam C L. Claudianus ſcripſit. quo arguméto ducor, vt Auienum Claudiani, hoc eſt, Theodoſij Imp. & filiorum temporibus floruiſſe credam: id quod & facilè Hieronymi verbis adſtruere poſſumus: qui quodam ſuarum epiſtolarum loco, nuper illum ſcripſiſſe dicit: alij Diocletiani Cæſaris, non ſatis firmo, vt mihi quidem videtur, argumento: alij vtrumque inconfeſſum, patúmue compertum eſſe volunt. Seruius grammaticus Auienum ait Virgilianas fabulas, & Liuium iambicis verſibus deſcripſiſſe. Sunt, qui hunc ipſum Auienum eſſe putent, quem Aurelius Macrobius in Saturnalibus cenis loquentem induxit. Vtcumque, tolerabilis eſt poeta, & dignus, ſaltem ob rerum cognitionem, vt aliquando legatur. Sed ne quid à me deſidereris, exſtat & libellus, ad Theodoſium Imperatorem, huius, vt putatur, Auieni, niſi nos fallat inſcriptio, in quo pleroſque Aeſopi apologos elego carmine complexus eſt: qui an legitimus ſit, non multum eſſe pretium operæ, vt diſquiramus, exiſtimo.

Ayuntamiento de Madrid

# INDEX
## FABVLARVM.


A.

Abies, & Dumus. 15
*Anſer, & Ruſticus* 23
*Aquila, & Teſtudo.* 5
*Aſinus pelle Leonis indutus* 7

B.

*Boreas, & Phœbus.* 6

C.

*Camelus, & Iupiter.* 9
*Cancri.* 6
*Canis, & Ruſticus.* 8
*Canis, & Leo,* 25
*Cornix, & Vrna.* 20

E.

*Eques caluus.* 10

F.

*Formica, & Cicada.* 24

G.

*Grus, & Pauo.* 13

I.

*Inuidus, & Auarus.* 17
*Iuuenci, & Leo.* 15

L.

*Leo, & Capella.* 19
*Lupus, & Hædus.* 28

M.

*Miles, & Lituus.* 27
*Mus, & Bos.* 22

N.

*Nimbus, & Teſta.* 28

O.

*Olla ærea, & lutea.* 10

P.

*Pardus, & Vulpes.* 27
*Piſcator, & Piſcis.* 16 (26
*Piſcis fluuiatilis, & marinus.*
*Puer, & Fur.* 19

Q.

*Quercus, & Arundo.* 13

R.

*Rana, & Vulpes.* 7
*Ruſtica, & Lupus.* 5
*Ruſticus, qui theſaurum inuenerat.* 11
*Ruſticus, & Auis.* 16
*Ruſticus, & Iuuencus.* 20
*Ruſticus & Sus.* 22
*Ruſticus, & Hercules.* 23

S.

*Satyrus, & Viator,* 21
*Simia, & Iupiter.* 12
*Simia, & Gnati.* 24
*Statuarius.* 18

T.

*Taurus, & Leo.* 12
*Tigris, & Venator.* 14

V.

*Venator, & Leo.* 18
*Viatores, & Vrſa.* 9
*Vitulus, & Bos.* 25


FINIS.

Ayuntamiento de Madrid

# AD CL. CLAVDIANI V. C. OPERA

MARTINI ANTONII DEL-RIO NOTAE.

LIBROS DEL DR. L. MARCO

ANTVERPIÆ,

Ex officina Chriſtophori Plantini.

cIↃ. IↃ. LXXXV.

Ayuntamiento de Madrid

# PRVDENTISS. INTEGERRIMÓQVE

viro Antonio Del-rio, Domino de Artzelaer, Cleydaele, &c. patri optimè merito, Martin. Anton. Del-rio S. P. D.

QVI poëſin attingere nefas eſſe dicũt, eamq́; aut inutilem aut etiã pernicioſam aſſerunt, mihi quidem omnino videntur indigni, quibus reſpondeatur. Cùm res ipſa ſatis indicet, artẽ poëticam ſummum quiddam ac planè diuinũ ſuo ambitu cõplecti; quo non modò animos ſui ſtudioſorum maxima iucunditate reficere deprehenditur, ſed omnium legentium eam mentes, ab rerum vilium ſtudio deducere, & iis excellentem magnarum rerum cupiditatem infigere, atque eas ad humanitatem excolendam, vitia cuncta fugienda, ad virtutis demum amorem amplectendum ac ſtudiosè retinendum cernitur incitare: quod qui neget ſe videre, illũ aut maliuolentia conuenit ſeduci, aut inſcitia atq. ignorantia ſic occæcari oportet; vt ſole meridiano clariora perſpicere non valeat. Ideo hos miſſos facio. Satis tute ipſe pater optime, cum animo tuo reputes licet quàm illi ſceleratè faciant, quamq́; de hominum genere vniuerſo iniquè mereantur. Aliud eſt calumniantium genus; qui licet poëſim non damnent; eos tamen qui grauioribus diſciplinis incumbunt, neque poëſi,



Ayuntamiento de Madrid

neque ceteris artibus liberalibus operam volunt impendere, meq; , cum tuo iuſſu, tum mea ſponte, omnes meos conatus ad legum Romanarum intelligentiam referentem, in iis artibus verſantem nonnumquam, quæ parum ad iuris ſtudium, ex ipſorum ſententia, adferunt momenti, peccare magnoperè contendunt. Verum ego contra ſentio, & , niſi fallor, veriori & iuſtiore fundamento nitor: illos autem falſo atque erroneo principio uti, nullo negotio demonſtrabo. Siquidem hiſtoriam, poëſim, philoſophiam, eloquentiam, ad rectam abſolutamq; iuris cognitionem plurimum hinc patet conducere, quòd multa ſint in iure noſtro, quæ nō aliundè, quàm ex iis poſſint intelligi. Quæcunque enim de magiſtratibus, muneribus, officiis, iuris antiqui origine, noui ſucceſſu, iuris prudentum ſectis, reip. mutatione, verborum ac rerum ſignificatione, aliis multis paſſim vnicuique obuiis habentur; vnde, niſi ex politioribus litteris, exponi queant, exſpecto qui me doceat. Itaque neceſſaria eſt iſtarum artium cognitio, perfectam ſinceramque iuris ſcientiam aſſequi cupientibus. perfectam inquio; quoniam illos, quorum cogitationes tantum de pane, vt aiunt, lucrando ſollicitæ ſunt, cetera omnia negligunt ac contemnunt, non tantum non moror, ſed etiam prorſus deſpicio. Sunt illi à vera legum interpretandi ratione tam alieni, quàm qui maximè; vtpotè Iuris noſtri coryphæis, Papiriis, Porciis, Scæuolis, Tuberonibus, Coruncanis, Papinianis, Vlpianis, Africanis, Paullis, Modeſtinis, reliquiſque omnibus planè diſſimiles: quos antiquitatis, philoſophiæ, eloquentiæ, poëſis etiam & omnis elegantiæ ſcientiſſimos fuiſſe, eorum reſiduæ vigiliæ teſtantur. Ego itaque horum potius quàm aliorum; qui non vt iſti veram, ſed, Sophiſtarum more

&

& rabularum conſuetudine, ſimulatam philoſophiam amplectuntur; veſtigia ſecutus, ab ineunte ætate non aliud affectaui, niſi veram Iuris prudentiam adipiſci: exiſtimans ſi quo in ea progrederer, cetera mihi certò euentura, quæ D. Iuſtinianus, in Inſtitutionum proœmio, ſtudioſæ legum iuuentuti, legitimo opere perfecto pollicetur. Primo igitur Grammaticæ præceptis, Latinæ Græcæque linguæ principiis hauſtis, me ad poëtarum, hiſtoriæ, & oratorum aſſiduam lectionem contuli. His vt aliarum philoſophiæ partium, ſic moralis potiſſimum ediſcendæ laborem addidi. Idque tua, pater obſeruande; à quo non primum duntaxat in naturam aditum, ſed etiam in litteras ipſas atque religionis & omnis doctrinæ cognitionem, prima quæque exordia accepi; ope, conſilio. Sæpenumerò te dicentem audiui, neminem in iure poſſe excellere, aut in repub. regenda rectè verſari; qui non ante quàm ad id accedat, prius iis plenè fuerit imbutus, quæ commemoraui: ſine quibus alterum illud mancum, mutilum, omnique mundo & ornatu nudum exſiſtit. Porro quo tempore me illis ſtudiis non omnino indiligenter dabam, nonnulla elaboraui, quæ aliquando in lucem publicam emittere iam tum cogitabam: quò tibi operæ meæ impenſarumque tuarum fructus aliquis conſtaret, & quantum in me quidem, communi vtilitati; cui nos natos eſſe cenſuit, optimus dicendi & iudicandi magiſter, Plato; proſpiceretur. Quamombrem Solinum, quo ad potui, reſtitutum, emiſi: daturus & Senecam noſtrum, & alia complura, ſi conatus hos probari bonis intellexero. Nunc in Cl. Claudianum notas, quas multis ab hinc annis confeceram, ad te mitto; iterum atque iterum à te petens, vt quo me modo;

omnia ſoles amore complecti, poëtam grauiſſimum, cui nihil ad ſummam gloriam, præter materiam ipſam, defuit, quæ ad utiliſſimam illam poſteriorum temporum & cadentis imperij hiſtoriam pertinet: & quo nullus poëtarum plura continet ad ius Romanum pertinentia, ſuſcipere digneris. Quod ut ego non impetrem; ſaltem impetrabit ſcriptoris præſtantia tuaque maxima humanitas, ad quam tantum virtutis & ſapientiæ, quantum neſcio an alius quiſquam adiunxiſti: de quibus nolo quicquam referre, ne tibi, qui bonus eſſe quàm prædicari ſemper maluiſti diſpliceam; & mihi in paternis laudibus, quorũ in me magna pars redundat, apud eos, qui te ignorant, minus fidei paretur. Nam te noſcentibus, modeſtiamque, fidem, temperantiam, fortitudinem, prudentiam, reliquas animi tui dotes ſcientibus, quid opus eſt ea recenſere? Vale, pater obſeruande, & accipe læto vultu hoc munus, leue quidem ac parui precij, at tibi dedicatum, & mei erga te, tot tantorumque beneficiorum memoris animi, atque obſeruantiæ meæ non inane monimentum. Louanij. A. D. IIII. NON. Martias. anno ſalutis noſtræ CIↃ. IↃ. LXXII.

MART.

Ayuntamiento de Madrid

# MART. ANT. DEL-RIO
## BONO LECTORI S. D.

EGo vero non caſu nec temerè, quod tibi in mentem venire poterat, ſed de induſtria diuturna receptum conſuetudine ſcriptorum Cl. Claudiani ordinem in his notis mutaui. Prudenter etenim mihi facturus videbar, ea ſi ſerie notas digererem, qua libros, quibus adiiciuntur, à poëta compoſitos iudicabam: ſecutus, cùm quidem ipſius auctoritatem, tum etiam illorum temporum hiſtoriam; quibus ea contigerunt, quæ egregij vatis carminibus lautiſsimè commemorantur. Primo loco Panegyrim de Olybrij & Probini conſulatu, ſcriptam ab vrbe condita ∞C. XLVI. anno, collocaui: quo quia grauiſsimi quique ſcriptores militari tumultu Rufinum, cui Arcadij tutelam moriens Theodoſius reliquerat, occiſum teſtantur; duos illos inſignes in eumdem libros ſubiunxi. Tum Panegyres totidem, tertij nempe & quarti conſulatus Honorij A. ſcriptæ annis ∞C. XLVII. & ∞C. XLIX. ſuccedunt. Sequuntur carmina quibus auguſtarum ſollemnia nuptiarum & bellum Gildonicum celebrantur. Icciro nimirum, quia Honorius A. quartum coſ. Mariam, quam illi pater ex Stilichonis domo pactus erat, in matrimonium duxit: & paucis poſt diebus Gildonem, totius Africæ tyrannidem occupantem, Maſcezil parua manu, victum trucidauit.



Ayuntamiento de Madrid

cidauit. id vt credam, Claudij ipſius teſtimonio inducor; qui inquit:

*Coniugij necdum feſtiuos gaudia cantus*
*Sopierant, cecinit fuſo Gildone triumphus,*
*Et calidis thalami ſucceſſit laurea ſertis:*
*Sumeret vt pariter princeps nomenq; mariti,*
*Victorisque decus.*

Præſertim cùm ſequentis anni ∞CIII. Coſſ. fuerint Fl. Manlius Theodorus & Fl. Eutropius; quem noſter indicat, cæſo Gildone, cõſulatu, propter magnorum & atrocium facinorum crimina, deiectum. ait:

*--Libyæ poſt prælia, crimen*
*Concidit Eoum: rurſusq; Oriente ſubacto,*
*Conſule defenſæ ſurgunt Stilichone ſecures.*

Vnde præterea docemur libris in Eutropium adnecti (nam Manlij Theodori Panegyris quin libros illos antecedat non dubito) Panegyres eas debere, quæ primum conſulatum Fl. Stilichonis, anni ∞CII. laudant. At ∞CLIV. Romani nobilem illam, de Gothorum rege Alarico, victoriam, multis barbarorum millibus propter Pollentiam auxiliarij militis Alani potiſsimum virtute interfectis, obtinuerunt. Haud dubiè enim hæc ſextum Honorij Imp. conſulatum proximè præceſsit. Sanè Claudianus hoc innuit, in illiuſmet conſulatus Panegyri:

*Sed mihi iampridem captum Parnaſſia Maurum*
*Pieriis egit fidibus chelys: arma Getarum*

*Nuper*

*Nuper apud ſocerum plectro celebrata recenti:*
*Aduentus nunc ſacra tui lubet edere Muſis,*
*Grataque patratis exordia ſumere bellis.*

anno igitur M. C L V. quo ſexto conſulatu Honorius ornatus fuit, earum etiam trabearum panegyrim poëta conſcripſit: eaque iure optimo illi præmittitur, quæ Stilichone II. conſule eſt decantata. quoniam hanc anno M. C L VI. recitauit. De ſecundo vero conſulatu hac tractari, non primo, quemadmodum aliis duabus, ex eius præfatione patet, & ibi admonui. Poſtremo fermè loco libros de raptu Proſerpinæ ſtatui, quòd nouiſsimè ſcripti, vt ex præfatione illis præfixa facilè colligitur, aut potius ſcribi cœpti, videantur. Reliqua neque quo tempore fecerit, neque quomodo ordinarit, equidem adhuc ſatis intellego: imo nec alium quemquam intellegere arbitror: ideo non initio poſui, ſed in calcem reieci. Porro quod ad me; talem in caſtigando diligentiam adhibui, qualem iuris ſtudia, in quæ incumbo toto animo, permiſerunt: vt ſubſeciuis nonnumquam horis (quas enim aliis alij ſtudiis tribuunt; ego bonis litteris, ex quibus maximam, &, vt puto, non inhoneſtam capio voluptatem, dare ſoleo) ſeu quod verius, horarum exiguis partibus, manu ſcriptorum, & veterum impreſſorum, recentiorum quoque codicum collatione, nonnulla flagitia, quorum denſis tenebris clari carminis ſplendidum lumen offundebatur, aut planè tollerem, aut ſaltem indicarem: notis breuiſsimis (nam lon-

giores nec per temporis anguſtiam licebat, nec ſi licuiſſet, volebam) concinnatis; quæ & varietatem lectionum, & quarundam emendationum rationes, obſeruationes etiam quaſdam complectuntur: adhibito modo, vt multorum leuium errorum nullam mentionem facerem; inanis operæ atque exilis animi cenſens ex rebus tam minutis vel gloriam captare, vel iis, me ſcribendo, te legendo, fatigare. Eadem eſt ratio cur non omnes vulgatos codices, ſed Lugduni tantum, à Beringis anno CIƆ IƆ LI. excuſum, emendarim: cùm minus vitiatus foret: illius itaque ſemper notis lectionem præpoſui. Hæc, ne te conſilij mei ratio lateret, præmittenda duxi. Vale; & ſi quando, vt fit, in ſaxum impegero, tu id non nouum, non turpe, ſed vulgatum, ſed humanum exiſtima.

Louanij A. D. IIV. Kal. Decemb. CIƆ IƆ. LXX.

AD

# AD PANEGYRIM DE OLYBRII ET PRObini fratrum conſulatu notæ.

IN PROBVM ET PROBINVM ATQVE OLYBRIVM FRATRES. Quid hac inſcriptione ineptius dici queat non video: tamen ea in pleriſque libris habetur. Reſtituenda eſt hoc modo: DE PROBINI ET OLYBRII FRATRVM CONSVLATV. vel, quod potius eſt: DE OLYBRII ET PRO. &c. nam & ſic penè tradunt membranæ; & Olybrius primus coſ. fuit; & Probus non horum frater, ſed pater, erat.

*Sex genus Auchenium.* vet. lib. Archerium. neutrum benè. vocabantur hi coſſ. Sex. Anicius Hermogenianus Olybrius & Sex. Anicius Probinus. quare arbitror, hoc loco, Anicium, ſcribendum. nec eſt quod quis arbitretur priorem ſyllabam corripi debere, cùm tam, Annicij, quàm, Anicij ſcribatur.

*Auniadæ.* vet. lib potentes Aniadę. lego; Anniadæ, geminato nn: ab his enim, qui hic celebrantur, originem repetebant: qua de re nõnulla Auſonius epiſt. ad Probum, & Prudentius lib 1. contra Symmachum.

*Per faſces numerantur aui* D. Hieronymus ad Demetriadem: ſcilicet nunc mihi Proborum & Olybriorum clara repetenda ſunt nomina, & inluſtris Anicij ſanguinis genus; in quo aut nullus, aut rarus erit, qui non meruerit conſulatum.

*Prima ſede relicta Auchenijs.* ait Anniciis, propter nobilitatem generis, illud à Senatu priuilegij conceſſum, vt dicendæ primo loco ſententiæ ius haberent: porro

porto & hic, Anniciis recenſeo.

*Fratre retruſo*, ſiue ſic, vt tres impreſſi; ſiue, retuſo, vt alij totidem; ſiue legamus cum manuſc. recuſſo, ad ſententiam quidem, non multum intereſt; quo ad elegantiam verò, non parum. namque, recuſſo, eandem hoc loco vim obtinet, quam; percuſſo, apud Lucretiũ lib. v. Luna poteſt ſolis radiis percuſſa nitere, Inque dies maius lumen conuertere nobis. Ad ſpeciem, quantum ſolis ſecedit ab orbe, Donicum eum contra pleno bene lumine fulſit. Item alibi: Recta aut obliqua percuſſus luce refulget. Prudentius, repercuſſo, dixit: Aut, ſi fuſca polum ſuffundit palla ſerenum, Oppoſitus quotiens radiorum ſpicula nimbus, Igne repercuſſo mentitos ſpargit in orbeis.

*Gelido, ſi quem, &c.* Horatius Od. 1. Manet ſub Ioue frigido venator.

*Denſo currentia munera nimbo.* vet. lib. quem mihi donauit Ludouicus Carrion Iuriſconſ. primarum ætatium princeps, denſos c. m. nimbos. & paullò poſt: ſed quis tellure reuulſa Sollicitis fodiens miretur collibus aurum. nihil repono, neque reponendum puto. Sententia eſt: Si quis in imis terræ radicibus aurum fodiens, inuentam quantitatem aliquam miratur; admiretur ille potius liberalitatem Probi; qui tantum quotidie largiebatur, quantum ſtagna Tagi, &c.

*Reſonent ſi*, manuſc. patent ſi. quod Vicetina editio, omnium quas vidi antiquiſſima, confirmat.

*Acta Probi narrare queam*, elegantius vet. cod. numerare. eritque amplius illo Ciceronianeo; non dicam exornare, ſed enarrare C. Cæſar, &c.

*Italia late, &c.* fuit Sex. Petronius Probus, vt hinc & ex inſcriptionibus duabus, quæ Romæ in domo Cæſia viſuntur, & Ammiano, denique aliis ſcriptoribus patet; quater præfectus Prætorio Italiæ, Illyrici ac Africæ, conſulque Galliarum ordinarius.

*& longo.* egregiè vet. lib. lento.

Poſt-

*Poſtquam fulmineis*. Poſtquam Theodoſius Imperator tyrannis deuictis, Alpes Iulias patefecit.

*Geminiſque fidem*. Maximo primùm, deinde Eugenio.

*Traduntur permixto*. truduntur; agnoſcunt Vicet. & Pariſienſes: Lugdun. & Baſileen. traduntur manuſc. & Moguntini. quod non repudio, turbantur.

*Gradiuus in aruo*. vet. lib. Hæmo. ſic Papin. 1. Thebaid. Geticoque pecus ſtabulare ſub Hæmo. de Hæmo Liuius L. X L. vet. lib tertio abhinc verſu; ſplendoribus Hæmum.

*Inhorruit acri*. Solus Vicetin. acriter: vnde ceteri acri, effecerunt ingenioſè: niſi in vet. codic. inuenitur; atrum: & luci, minimè cædui, nihil, aut parum admodum, lucerent.

*Labores*. ex ſequenti verſu apparet, legendum cum v. l. vapores. porro ne quis fallatur: hæc, non ab Honorio, ſed Theodoſio ſeniore, qui nondum è viuis exceſſerat, dicuntur.

*Paribus*. vt enim Maximi, ſic & Eugenij, viui potitus erat.

*Araxes*. Hermol. Barbarus in Plinian. caſtigat. Iaxes, qui Bactrianorũ eſt, legit: cui, cum tã vet. lib. quàm vulgati quotquot vidi (præter Vicetin. qui inſulſe, Artaxerxes) omnes repugnent, & vno ore, Araxes, tradant, neque ego aſſentior.

*Quo iudice totam*. qui hæc de Prætorio Hiſpaniæ intelligunt; ne illi ſe homines eſſe docent; eoſque homines, qui nonnunquam grauiter labantur. haut dubie enim de Italiæ Prætorio, cui Probus præfectus fuit, agit. legitur in membranis; vindice.

*Auratas trabeas*. neſcio cur bono cuidam viro in mẽtem venerit exiſtimare hîc muliebrem, ſeu matronalem, trabeam deſcribi: cùm non illa, ſed conſularis, qua conſules labente imperio cœperunt vti, graphicè depingatur.

*Cretam venatibus*. emẽdo ex vet. lib. certis venatibus. Horat.

Horatius: Metuende certa Phœbe ſagitta.

*Ille maritos*. in quibuſdam vulgatis codicibus, quatuor deinceps verſus collocantur hi; Ceu ſibi certantes ſexus qui poſſit vterque Hunc legere, ad herum.taceat Nereida nuptam Pelione, duplici fecundam conſule matrem, Felicemque vterum qui nomina parturit annis.quos non exiſtimo eſſe τȣ ποιητȣ;verum eius, qui crediderit aliquid deſiderari; cùm reuera, ſi accuratè perpendas totũ locum, iis ſublatis,nihil deſideretur. Adde quod & verbis & ſententia inepti ſint. Adde quod neque in manuſ. neque in Vicetinis, Moguntinis,Pariſienſibus habeantur.itaque eos delendos cenſui,vt adulterinos.

*Tiberinus.* genius Tiberis.Ennius annali. primo. Te nunc ſancta Venus precor, & genitrix patris noſtri, Vt nos de cælo viſas cognata parumper: Teque Quirine pater veneror, Horamque Quirini, Teque pater Tiberine tuo cum flumine ſancto.

*Omnia nimbi*. præclare m. ſ. & Mogunt. quem plerumque vet.German. appello, omina.

*Taurina leuantur cornua*. videntur itaq. Romani Tiberinum homini cornuto aſſimilaſſe; quemadmodum Athenienſes, Æliano teſte, Cephiſſum. Euripedes in Ione, Cephiſſo; in Oreſte, Oceano. Horatius Aufido; alij, aliis fluminibus cornua aſcribunt. rationem Sophoclis in Trachiniis interpres reddit.

*Illi percurrens*. non dubito quin legendum ſit, Ilias; quam Acron tradidit creditam Tiberino nupſiſſe; & quam, ante aliquot carmina, dominam herilem vocauit,de qua Sidon.ad Maiorianum: Pectus (*nẽpe Tiberini*) palla tegit,quam venerat Ilia cõiunx emenda neuerat.

*Aggere votum*. Antiquo more, illis etiamnum temporibus,conſules,cùm magiſtratum iniſſent, vota pro ſalute principis & ciuium, atque pro imperij æternitate,nuncupabant. eò reſpicit.

*Eurota Spartiéue tuis*. meus codex ſcriptus; Eurotha par-

Ayuntamiento de Madrid

Partane. hinc ego coniicio: Eurota Spartane. ſed cur Spartane? quia propter Spartam fluit.

*Falſus olor.* Iuppiter; qui, oloris forma, Lædam compreſſit. Eurip. in Helena.

*Decernere caſtu.* quod Pollucis proprium fuit, vtrique tribuit.

*Flauaque tenens querceta Maricæ Liris.* Primo ſciendum, in membranis legi terens: deinde eas, & cum iis Vicetin. continere, Mariſcæ poſterius quin vitioſum ſit, dubitari nequit. Horatius: Et innantem Maricæ litoribus tenuiſſe Lirim. Lucanus: & vmbroſæ Liris per regna Maricæ Veſtinis impulſus aquis. Maricam Nympham, Fauni vxorem fuiſſe tradit Seruius Mariſcæ verò, ficus ſunt; de quibus Cato de re ruſt. cap. I I X. & ad horum ſimilitudinem vlcera; ficos Martialis ad Cæcilianum dixit; in podice τῶν βαλανοφόρων naſcentia.

*Reparat arua.* vet. lib. temperat: quod mihi probatur. temperat verò vligine ſua flauum Oebalicæ terræ colorem. Vnde Virgil. Georg. I V. Qua niger humectat flauentia culta Galeſus. Sidonius in Propentico: Picei latex Galeſi.

*Quadrifidum.* totum annum, qui quatuor conſtat temporibus.

*Imbuat vuis.* vet. lib. Ambiat.

## AD PRÆFATIONEM LIB. I. IN RVFINVM NOTAE.

SANGVINEIS *tangeret.* eleganter vet. lib. & duo vulgati; tingeret. ſic enim Virgil. vix ſuppoſiti tinguntur ſanguine cultri.

*Vipereo.* Pythonis ab Apolline ſagittis confixi.

*Cephiſus liquidis.* quia Phœbo ſacra loca recenſet, licet vet. lib. repugnent, & Cocytos, vel Cocytus, ſeruent, ſcribo; Cephiſſus: quo nomine ſeptem fluuios appellatos tradit Strabo, noſter de Phocenſi loquitur; de quo Home-

Ayuntamiento de Madrid

Homerus in catalogo, Pindarus ſæpè, Pauſanias in Boeot. Lucanus lib. 11. quos impiger ambit Fatidica Cephiſſus aqua. *Pythone.* Rufino.

## AD LIB. I. IN RVFINVM NOTAE.

SAEPE *mihi*. attendit fortè ad verſus Euripedis act. III. Hecab. quorum initium eſt:

ὦ Ζεῦ, τί λέξω, &c.

*Cenſet ambigua, vel nulla putat vel neſcia veri*. at qui nam quæſo neſcire Deos veritatem contenderunt? multi ſanè nullam illos rerum gerere humanarum curā putarunt, vt ex Laërtio patet. quare aſſentior manuſc. & quibuſdam excuſis habentibus; quæ numina ſenſu Ambiguo v. n. p. v. n. noſtri.

*Vt lapſu grauiore* nam, vt ait ille, lento gradu diuina procedit ira, vt grauitate ſupplicij tarditaté compenſet. V cet n. maiore.

*Impatienſque ſui morbus*. Deſperatio, ἀνέλπι x Demoſtheni.

*A ſtirpe reciſis*, Maro: ima quod ſtirpe reciſum.

*Conuentuque*. Victorinus Afer, quotiens præpoſitionem ſequetur vox inchoata à litteris, b. f. r. m. p. v. vox inquam quæ præpoſitioni iuncta ſignificationem eius confundat; com, non; con ſcribendum tradit.

*Laxare*. non deſunt, qui legant, vexare: quod vocabulum vehementis eſt ſignificationis Auctore A Gellio lib. 11.

*Spicula* Athamas apud Ouid. parua Learchum Brachia tendentem rapit, & bis terque per auras More rotat fundæ.

*Hac auſpice*. Vide Sophoclem, Euripedem, Senecam.

*Tigride* Tigris à celeritate nomen adepta, tum eſt rapidiſſima, cum catulos lactat: qua de re carmina ſunt Claudiani tertio De raptu; quo loco noſter Oppianum

pianum ſecutus vento eas concipere tradit, licet Ariſtoteles, Plinius, Solinus, Pollux & Themiſtius contra ſentiant.

*Refluis incertius vndis*. vet. cod. flauis. hinc erroneè, fluis, a omiſſo: vnde, refluis.

*Ceraſtæ*. de his quædam cognitione digna Nicander.

*Me tradente*. hic verſus ſic repræſentatur in vet. lib. Meque etiam tradente dolos, &c.

*Fraudem prætexere riſu*. ſic vulgati vet. vero lib fidem protegere. quid ſi, quod Carrioni placet, pertexere legamus?

*Rabidoque magiſtram*. membranæ; rapidoque: hoc eſt omnem in partem mobili, & expedito.

*Muros Elyſæ*. Eliſæ, manuſ. ſed ſcribas, Eluſæ. Cæſar lib. III. Tarbelli, Bigerriones (forte; Bigerri) Preciani, Vocates, Taruſates, Eluſates. quos neque Plinius, neq; Ammianus, neq; itinerarij auctor Antoninus ignorat.

*Sacriſque litaui*. probabilior eſt m. ſ. lectio, litatis. Maro: ſacriſque litatis, Indulge hoſpitio. qualem hic veneficam Claudianus, eiuſdem modi etiam effinxere Tibullus ele. II. Lucanus lib. VI. Apuleius de aſino lib. I. & II. Petronius demum Arbiter, cuius verſus, multis à me locis, vet. lib. comparatione, reſtitutos, non pigebit adſcribere: Quidquid in orbe vides paret mihi: florida tellus, Cùm volo, ſiccatis areſcit languida ſucis; Cum volo, fundat aquas, ſcopulus atque arida ſaxa Niligenas iaculantur aquas: mihi Pontus inertis

Submittit fluctus; Zephyrique tacentia ponunt
Ante meos ſua flabra pedes. mihi flumina parent,
Hircanæque tigres, & iuſſi ſtare dracones.
Quid leuiora loquor? Lunæ deſcendit imago,
Carminibus deducta meis: trepidusque furentis
Flectere Phœbus equos reuoluto cogitur orbe.
Tantum dicta valent; taurorum vt flamma quieſcat,
Virgineis extincta ſacris; Phœbæaque Circe
Carminibus magicis ſocios mutarit Vlyſſis.

B Rex

*Rex ad prima.* Midas. nota res eſt.

*Mæonius.* Phrygij enim, vt ait lib. 11. in Eutrop. dicti poſt Mœona regem Mœones.

*Inſtabiléſque olim.* ante nauigationem Argonautarum teſtibus iis qui Argonautica conſcripſerunt.

*Celſas qua.* Nouæ Romæ deſcriptio.

*Ac velut innumeros.* Cur mare, omnia quo veniunt ex omni flumina parte, vt Carus ait poëta, incrementum neſciat, ratio petenda ex Ariſtotelis Μετεωρ. libro ſecundo capite ſecundo.

*Solium Crœſi, Cyríque tiara.* membranæ Cyro ſolium, Crœſo tiaras tribuunt: mea quidem ſententia rectiſſimè. nam ad illud Horatij od. lib. 11. reſpexit,

*Redditum Cyri ſolio Phraatem.* ſic ait Plutarchus: Μηδεὶς ἄλλος ἀνθρώπων καθίσειεν εἰς τὸν κύρου θρόνον, πλὴν Ἀλεξάνδρου.

*Regum.* rectè quidam; regis. Pyrrhi videlicet.

*Viuitur exiguo melius.* Horatius: *Viuitur paruo bene.*

*Machina.* vel baliſta, vel aries; qui à Leone imperatore in τακτικῶν lib. eleganter deſcribitur.

*Bellua.* Tigris cuius, inquit alias, Achemenio regi ludibria natos Auexit tremebundus eques, &c.

*Extinguere.* at m. ſ. exſcindere, quod non eſt deſpiciendum.

*Parcendi rabies.* dum ſe, vt iis pareat, mortem differre ſimulat, multo ſæuit crudelius, quàm ſi ſubito vi vitam euitaret, quemadmodum dixit vetus Tragœdus: malè igitur quidam; portenti.

*Conceſſaque vita dolori.* ſupplicio. Arcadius & Honorius Augg. l. v. C. Iuſtin. ad l. Iuliam maieſtatis: ſint poſtremo tales, vt his perpetua egeſtate ſordentibus, ſit & mors ſolatio, & vita ſupplicio.

*Typhæo ſtridens Aquilone.* emēdatiſſimi libri; Riphæo. Aquilo flans à Septemtrione in Riphæis montibus, qui à ῥιπίζω dicti ſunt, plurimum dominatur.

*Auguſto.* Arcadio.

Poſt

*Poſt trabeas.* defunctus conſulatu, cuius auratæ trabeæ erant ornamentum.

*Vel Scinis Iſthmiaca pinu.* lege, non apud hunc modò ſcriptorem, verumetiam Propertium, Ouidium, Senecam poëtam, Sinis, non, Scinis. Seneca philoſophus de clementia lib. II Nec interficere contenti ſæuiunt, vt Sinis ille, (*ſic ex vet. meo cod. emendo, cum vulgò, Buſiris, legatur*) aut Procruſtes. Fuit verò, ſi Plutarcho in Theſeo, & Pauſaniæ in Corinthiacis credimus, latro Iſtmũ Peloponeſi incolens, viatores incuruata pinu miſerabilem in modum enecare ſolitus. Scholiaſtes tamen Euripidis Sinnim tradit viatores lectulo, quem ad eos vſus aſſeruabat, dimetiri, & de pedibus quicquid lectuli modum ſuperabat, præſcindere ſolitum. In vno m. ſ. legitur; Synon Iliaca pinu. vt ad equum Durium, de quo Homerus Od. δ. Euripedes Troadibus aliique multi, referatur: quod foret nimis longè petitum. nec amplius huic loco conuenit vet. Germanica editio, quę; Cyclops hamata pinu, de Polyphemo agens.

*Schiron.* conſule ſi iubet Diodorum lib. v. Pauſaniam in Attica, Plutarchum in Theſeo, & Ouid. Metamor. VII. qui crudelia tetri latronis facinora recenſent mendoſè idem m. ſ. quem proximè citaui, Chiron. nam Chironis antra, non fuerunt, inquit Papinius, æqua nefandis Fratribus. hìc hominum nullos experta cruores Spicula, nec truncæ bellis genialibus orni, Aut conſanguineos fracti crateres in hoſtes: Sed pharetræ inſontes & inania terga ferarum. Pindarus illum icciirco vocat, φῆρ ἀγροτέρον νόον ἔχοντ' ἀνδρῶν φίλον. & Ouidius V. Faſt. iuſtum ſenem nominat.

*Sepultos.* ore cōcluſos, neq; inde in auras prodeuntes.

*Solus medióque in.* ita Pariſ. Baſileen. & tres Lugdunenſes manuſ. medio ſeſe ſed, vet German. cum Vicetin. ſeſe medio ſed. nulli rectè. reſtituo; medio ſolus ſed.

*Cum.* de hac voce hoc cuſtodite: vt quùm fuerit aduerbium temporis, per qu. ſiue vnum u, ſiue duo, ſcri-

 batis,

batis; at ſi erit coniunctio, per c. ſcribi debeat, Victorinus inquit.

*Sidus dulce*. Caſtorum; quorum ſimul alba nautis Stella refulſit; Defluit ſaxis agitatus humor; Concidunt venti, fugiuntque nubes, Et minor, quòd ſic oluere, ponto Vnda recumbit.

*Geminis*. fortaſſis vndarum & venti.

*Inachius*. Inachi nepos. fabulam eleganter doctis verſibus Manilius expreſſit: idem fecit Ouidius: idipſum quoque duobus his, eruditorum hominum iudicio, melius Iouianus Pontanus præſtitit.

*Virginis*. Andromedis, ſeu, vt nonnullis placet, Iopes, quæ non cum monſtro marino eſſet expoſita, ſed demum, interemto cœto, liberata, Perſei coniunx fuit. iccirco non lego; coniugis.

*Fulmineo*. igniuomo. de quo legitur: Fulmen ab ore venit, flammisque furentibus ardet Spiritus; & terram non cæli flamma perurit, Sed flatus monſtri.

*& a primis*. quotquot eum ſinum terræ incolunt, qui ab initio Orientis ad Occidentis vſque finem porrigitur.

*Vis Hydræ, &c.* hoc eſt Hydra, Scylla, Chymæra: quod dicendi genus Latini à Græcis ſunt mutuati.

*Deſudat*. exemplaria vel ſic, vel, inſudat, vel, defundit, vel; diffundit.

*Iam gentes*. qua de re dicetur poſtea.

*Qui cornipedes in pocula vulnerat*. Papinius Achilleide: Lactea Maſſagetæ veluti cum pocula fuſcant Sanguine puniceo. Simile de Concanis, qui Cantabriæ ſunt, prodidit Lyricus poëta, car. lib. III. & lætum equino ſanguine Concanum. quo loco Dionyſ. Lambinus candidè fatetur nihil ſe tale neque de Concanis, neque Cantabris apud bonos ſcriptores inuenisse. Sillius tamen, mea quidem opinione, nõ contemnendus poëta ſcripſit: & qui, Maſſageten monſtrans feritate parentem, Cornipedis fuſa ſatiaris Concane vena.

Col-

*Collecta.* manuſ. vnus & vetus Germanica editio, collata: quod vereor recipere.

*Vita ducis ſocij.* huius, dicam, quod res eſt, nomen me latet. indicanti maximas habebo gratias.

*Coniuratú que Getarum.* nota genus loquendi.

*Vitanda Ceres.* cùm rapto viuant, nullam ſationis curam habent.

*Fratréſque necare.* vet. cod vnus; fronteinq́ ſecare. vet. German. fronteinque ſecan. Vicetin. fratresque ſecare. ceteri; fratreſque necare. variæ lectiones in medio ſunt; ſuum cuique iudicium ſit. *Tendit.* Fl. Stilicho.

*Ante tubas.* antequam tubæ occinerent, ferrumque expediretur.

*Medo;* ita quatuor vulgati, & ſic in vnius m. ſcripti margine adnotatum eſt. vt de Xerxis expeditione intellegas. Sic etiam Sidonius: cui remige Medo turgida &c. ille tamen m. ſ. & ceteri in contextu; nudo. quia remiges plerumq; nudi brachia & humeros remigant.

*Nigris Ilicibus.* opacis. Virgil de ramo aureo:

Talis erat ſpecies auri frondentis opaca Ilice. vel, nigris; quia, Theophraſto teſte, ilices nigram medullam habent. ait lib. 1. de hiſt. plant. cap. I X. μέλαιναι γὰρ δὴ πᾶσαι (videlicet earum arborum μῆτραι inter quas ilicem numerauit) καὶ τῆς δρυὸς, ἣν καλοῦσι μελάνδρυον.

*Quercu.* trophæo. ſequitur; qui me de more trophæis Ditat, & hoſtiles ſuſpendit in arbore criſtas. huic enim illud reſpondet.

*Tentoria curru.* ſic quidam. nonnulli vulgati; tentoria curſu. vet. lib. veſtigia curſu Idem poſt aliquot; multoq. M L. malo.

*Nexúſque rotarum tende Pauor.* Pauorē & Formidinem Martis famulos facit Heſiodum ſecutus. cuius in Herculis ſcuto hæc ſunt: τῶ δὲ φόβος καὶ δεῖμος ἐύτροχον ἅρμα καὶ ἵππους Ἤλασαν αἶψ' ἐγγὺς καὶ ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης Εἰς δίφρον θῆκαν πολυδαίδαλον. αἶψα δ' ἔπειτα ἵππους μαστιέτην, ἵκοντο δὲ μακρὸν Ὄλυμπον. quos in Theo-



Ayuntamiento de Madrid

gonia idem Martis & Veneris filios conſtituit.

*Reuocatáque.* Bentinus; renouataque. ſatis commodè.

*Gelidæ ceſſant confinia libræ.* iuſtitiam etenim qui vel pingunt, vel ſcalpunt, vel fingunt, ei τὰ ζυγὰ καὶ τὰ ϛαθμὰ addunt, indicantes cuncta illam hominum facta cogitationesque ζυθμίζειν καὶ ζυγοϛατεῖν. Sed quare gelidæ? an quia Auctunale ſignum, & iccirco frigidum eſt? ſolus Vicetin. codex; geminæ: quod ſi vet. lib. cõfirmaretur, nõ eſſet cur, gelidæ, retineremus; propter duas lances à ſtateræ iugo æqualiter dependentes. Non ſum neſcius, eo tempore quo ſol in Libræ domo verſatur, diei noctiſque vices æquales eſſe; Manil. æquantem tempora (*ſic, non,* tempore, *lego*) libram: ſed ea re gemina vocari nequit.

*Et terras qui.* exprimere voluit Prouerb. Cælum terræ miſcere.

*Tonſa comas.* bello ſuperatorum comæ tondebantur. Propertius. Subquorum titulis Africa tonſa iacet.

*Adunco.* edi velim ex vet. lib. obunco. Virgilius: roſtroque immanis vultur obunco, inflexo, incuruo, ἐπικαμπύλῳ Heſiod.

*Rorabunt querceta fauis.* Virgilius:

Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella.

*Algæ.* nam & virides, & rubræ ſunt, de quibus itemque ceteris algarum generibus copioſe poſt Theophraſtum & Plinium Amatus Luſitan. comment. in Dioſcoridem.

## AD LIB. II. IN RVFINVM NOTAE.

MVNDVS. Apud veterem poëtam ait, neſcio quis Peruade Polum Splendida Mundi ſidera, bigis Continuis. & apud Senecam Hercules inquit: Quis aſtra natus laudibus meruit ſuis Ex te & nouerca? quem tuli, mundum peto. Item Iuno; mundus puellæ ſerta

Cnoſ-

Cnoſſiacæ gerit. hoc eſt, cælum. κόσμος καὶ οὐρανὸς Platoni in Timæo ſunt eadem.

*Clades diuiſit*. vnus cod manuſ. & Vicetin. dimiſit: ceteri, diuiſit. quod latinum ſit, nec ne, aliò properanti non vacat inquirere: non memini me vſpiam ſimile legiſſe. Horat. diuidere fæminis carmina, & diuidere ſodalibus oſcula dixit; non, in ſodales, vel, in fæminas. Nihilominus ſententia, vt ſic legatur, poſtulat.

*Argæus*. Solinus teſtatur Cappadociam, cuius Argæus eſt mons, aptiſſimam prouentui equorum. Cappadocum equorum celeritatem commẽdat Oppianus.

*Iniquo monte*. Tauro, qui aſper eſt & ſalebroſus exſtantibus vndique ſaxis: ἀνώμαλος.

*Vrbs etiam*. Byzantium.

*Æmula Romæ*. ideirco Noua Roma vocabatur: Zonaras νέαν ῥώμαν καὶ βασιλίδα πόλιν Imperatorum exemplo appellauit, & vrbis nomine tam Conſtantinopolim, quàm veterem Romam comprehendi, ex infinitis imperatorum conſtitutionibus, cum in Theodoſij, tum Iuſtiniani codice, exſtantibus patet.

*Cernit certamina*. vet. lib. melius, ſpectat: quod eſt hominis non anxij aut ſolliciti, ſed ocioſi: cernere verò & ſubitò & inopinato quis poteſt.

*Ire nurus* habent manuſ. manus hinc, cum incuria librariorum, minus, effeciſſet, poſteri, nurus, ediderunt.

*Pelles*. Barbarorum more; qui crebris vtebantur pellibus. vnde noſter de bel. Get. Getarum curiam pellitam nuncupat. Sidonius etiam de iiſdem: Pellitùs raruum præconem ſuſcipit hoſtis. & : in media pelliti Principis aula. & : Ibant pellitæ per claſſica Romula turmæ.

*Iura regentem*. vtpote Prætorio præfectum.

*Rhenus*. idipſum de Celtis auctor epigrammatis, quod in Græcorum epigrammatũ opere exſtat, lib. I. & Ariſtoteles VIII. Politicorum; de Germanis Tacitus, de Italis Maro, de Thracibus Sidonius prodiderũt.

*Vibraſſe*. quamuis quidam vulgati & vnus m. ſ. hoc ſeruent: malo tamen cum pluribus; vmbraſſe.

*Per ſcopulos*. per medium Atho; quem c l ɔ ɔ. paſſibus abſciſſum nauigationi aptauit.

*Horror*. manuſ. meus: error. & poſtea; terrore, &; fugatus; pro pallore, &; ſubactus.

*Extremos vltrà*. vet. codex meus: Extremos volitat gens vltrà ſi qua Britannos Mota mihi. digni capiendis credimur armis? ſententia eſt expedita. eligat quiſque quod volet. *Haſtas*. exercitus.

*Anguibus*. Draconibus. quorũ infra frequenter noſter meminit Sollius quoque Sidonius: iam textilis anguis Diſcurrit per vtramque aciem: cui guttur adactis Turgeſcit Zephiris: patulo mentitur hiatu Iratam pictura famem: pannoque furorem Aura facit; quotiens craſſatur (*hoc eſt impletur. nec enim audiendi ſunt, qui legunt, criſſatur, quod in obſcœnis eſt*) vertile tergum Flatibus, & nimium iam non capit aluus inane.

*Seuire*. meus cod. m ſ. ſeruire.

*Cornipedis*. Chironis Centauri.

*Amnis*. Sperchius forte Achilles equidem apud Papinium, Quæriſne meos, ait, Sperchie natatus?

*Phaëthon*. notatu dignum videtur quod Plutarchus περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θείου βραδέως τιμωρουμένων ſcribit, ſua ætate ob Phaëthōtis luctum Eridani accolas nigris indui veſtibus conſueuiſſe. Plato tamen in Timæo cuncta ea per fabulam dici arbitratur.

*Procumbere mundum*. quidam m. ſ. confundere.

*Audet leges vibrato imponere ferro*. hoc pacto Lugdun. Beringorum, alij duo in eadem vrbe excuſi; quiſnam audet leges ſtricto. Beringis conſentiunt m. ſ. vnus, & vet. Germanica editio cum Baſileenſi. at alter m. ſ. & Vicetin. quiſnam audet ſtricto leges.

*Secretáque litora*. alibi dixit: Arcanos Nili deprendite fontes. quippe quos nemo norit, cùm de iis tot ſint ſententiæ, quot capita: quod qui ſcire cupit, verum ſit

Ayuntamiento de Madrid

ſit nec ne, legat Herodotum in Euter. Ariſtot. I. τῶν μετεωρ. Diodorum lib. I. Strabonem, Ptolomæum, alioſque Græcos: inter noſtros Lucretium lib. VI. Tibullum lib. I. Horatium lib. IV. carm. Lucanum lib. X. Senecam lib. IV. natural. quæſt. Plinium lib. V. cap. IX. Vitruuium lib. IIX. Solinum cap. XXXV. Pomponium Melam lib. I. cap. IX.

*Humectat*. Manuſ. & Vicetin humectant: quod ſcioli temerè cõmutarunt; aurea videlicet æneis. ſic Maro: Pars in fruſta ſecant.

*Impacatis*. Cum manuſ. & Viceti. & Pariſienſ. legant; implacatis, neque ſententia ſit inepta, cur id nos reiiciamus?

Herculei: Thraciæ Heracleam accipio. Stephanus: Ηράκλεια πόλις Θρᾴκης, ἐν τῷ πόντῳ, διάσημος, &c. varias enim eo nomine ciuitates recenſet.

*Vincere ſolum*. vet. German. poſcere. id ſi manuſcripti cuiuſpiam codicis auctoritate niteretur, meritiſſimo maximi facerèm. nam poſcere ſignificat prouocare, vt vult Marcellus.

*Donandúmq.* militarem largitionem innuit, quam Corn. Tacitus ſæpiculè, & Iul. Paullus. l. qui excubias D. de re militari, Donatiuum vocant.

*Hamatur*. eſt hoc inſignis ſciolorum audaciæ veſtigium: qui, cùm; animatur, quod in manuſ. & vet. impreſſis cernitur, intelligentia non aſſequerentur; inſulsè ſubſtituerunt; hamatur; quod nihil genij continet: ſecus ac; animatur. Membra etenim humana armis, id quod anima corpori, præſtant.

*Gemmæ*. quaſi imperiali diademate cingeretur.

*Fulgida ferri*. ex vet. lib. repoſui, Lucida Martis. agit autem de cataphractis militibus, de quibus poſtea latius.

*Quos operit*. adſcribere lubet Marcellini verba huic loco multum lucis allatura; ſunt hæc: Erant autem omnes cateruæ ferratæ, ita per ſingula membra lami-

nis tectæ, vt iuncturæ rigentes compagibus artuum conuenirent: humanorumque vultuum ſimulacra ita capitibus diligenter aptata, vt in bracteatis corporibus ſolidis, ibi tantum incidētia tela poſſint (*malo*; poſſent) hærere; qua per cauernas minutas, & orbibus oculorum adfixas parcius viſitur, vel qua per ſupremitates narium anguſti ſpiritus emittuntur.

*Et iuſſo*. meus m. ſ. diuiſo.

*Unde redi neſcis*. men' ignoras ex Italia, vbi tyrannos debellaui, redire?

*Bis*. ſemel contra Eugenium, & ſemel contra Maximum. *domitum* manuſ. vel ſic, vel; Domui.

*Quæ nuper montes amiſit*. ita tres Lugdunenſ. manuſ. verò cum ceteris: q. m. n. dimiſit.

*Exul*. aliter manuſ. nempe; iugum. vt etiam à verbo, dimiſit, dependeat.

*Muneribus commota*. hoc pacto Baſileenſ. & tres Lugdunenſ. Vicetin. vulneribus commota. vet. v. Germanic. verberibus commota. ego, quod in ſimili variatione facere ſoleo, manuſ. ſequor, præſertim ſi nihil mendoſi præſeferant, vt hic; vulneribus conuicta.

*Sic fatus*. ex vet. lib fatur.

*Liberauerit*. Manuſ. cum aliquot excuſis lectio, germana huic carmini, eſt; librauerit.; longè iaculatus ſit.

*Mons Aonius*. Cythæron. Eurip. in Bacchis.

*Laceros*. huic voci cenſeo θ adſcribendum. nam manuſc. egregiè habent; vacuos. hoc eſt, inanes artus, & concauos, atque extenuatos; vt truncatorum membrorum λαγαρότης hac voce exprimatur.

*Retentus*. excuſus Mogunt. receptus. Hoc eſt quod ait D. Hieronymus: Rufini caput pilo Conſtantinopoli eſt geſtatum, & abſciſſa manus dextera, ad dedecus inſatiabilis auaritiæ, oſtiatim ſtipem mendicauit. quæ num ex his Claudiani deſumta ſint, non habeo affirmare: certè ſunt ἀδελφὰ, vt ait Palama, καὶ ὁμόχεσμα καὶ τῆς αὐτῆς κεραμείας.

Poſſi-

*Poſſidet.* pro poſſedit.

*Numquam.* vet. meus liber; nuſquam.

*Tunc anima.* imitatur Senecam qui in Apotheoſi Claudij tale quid tradidit.

*Cintha.* in mei cod. margine adſtituitur; Cinthi, id eſt, montis.

*Hic voluit.* quia κωκυτὸς luctum, φλέγω, vnde φλεγέθων, ardeo ſignificat.

*Adamante.* ex ſolidis & duris adamantem κατ' ἐξοχὴν nominauit, vt hic; ſic alibi: voces adamante notabat Atropos. &: Tunc adamante grauem nodiſque ribentibus haſtam &: Nodauitq. adamante comam. in numeris præterea locis, idq. apud varios ſcriptores obſeruaui. apud Virgiliū lib. VI. ſolidoque adamante columnæ. & Horatium: Martem tunica tectum adamantina. item: ſi figit adamantinos ſummis verticibus dira neceſſitas clauos. & Manil. lib. I atq. adamanteis diſcordia vincta (*male vulgo*, victa, *legitur*) catenis. Valer. Flaccum lib. III fractoque trahens adamante catenas. Senecā; grauia monſtri colla permulcens manu Adamante texto vincit. Apud Pindarum ter: primo πύθ. Δ. ἐν ἀδαμάντινον. deinde. citante Athenæo: ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδάρου κεχάλκευται μέλαιναν καρδίαν, &c. poſtremo adducente Strabone: ἀδαμαντοπέδιλοι κίονες. apud Heſiod. ἀλλ' ἀδάμαντος ἔχεν κρατερόφρονα θυμόν. item niſi me fallit memoria; εὐρυβίην τ' ἀδάμαντος ἐνὶ φρεσὶ θυμὸν ἔχουσαν. apud Herodotum lib. VII. Pythia reſpondet Athenienſibus: Σοὶ δὲ τόδ' αὖτις ἔπος ἐρέω ἀδάμαντι πελάσσας. Solutæ quoq. orationis ſcriptores ita hac voce ſunt vſi. Plutarcho tyrannis Dionyſij ἀδαμαντίνη καὶ ἄρρηκτος dicitur. & eadem de re Ælianus: ἀδάμαντι δεδεμένην εἶπε τὴν ἀρχὴν καλεῖσθαι. Apuleius lib. IX. Metamorph. auroque ſoleant adamantinæ etiam perfringi fores.

*Quæſitor.* Quæſtor capitalis, quem poſtea, quæſitorem nominarunt, pro tribunali alto editoque loco ſedebat;

debat: iudices verò paullo inferius humillioribus in ſubſelliis. Virgilius lib. VI. Quæſitor Minos vrnam mouet,&c. & ſæpe Seneca.

*Totóſque diu.* lege,& totos qui dum, vt habent membranæ.

*Per varios annos.* μετεμψυχώσεως ſequitur defenſores, mendoſè Vicetin. varios amnes.

*En pectus inuſtæ.* rectè Brodæus in Miſcellan. hæc explicuit.

*Præceps vbi.* Vicetin. ſubſcribunt membranæ: nam habent; penituſque ibi.

## AD PRÆFATIONEM PANEGYRIS DE III. CONSVL. HONORII AVG. NOTAE.

*Aquilis.* non quidem Melenætis, vel Pygargis, vel Anatariis, vel Oripelargis vel Gneſiis: ſed Haliætis.

*Naturam vires.* vet. lib. & de meliori nota vulgati, naturam vires.

## AD PANEGYRIM DE III. CONSVLAT. HONORII AVG. NOTAE.

*Bellatrix pompa.* ſic vet. lib. cum vet. Germ. & tribus Lugdun. ceteri vero; Roma.

*Regúmque feroces.* multo elegantius m. ſ cum Viceti. & vet. German. recentes. hæc quoque Sidonius in Panegyres ſuas tranſtulit.

*Poſcere patrem.* vet. Germ. partem. quod ſeruo.

*Flamine.* vexillo flammeo; quod rubeum erat.

*Perducere.* ſunt qui, Producere.

*Nec falſo nomine Pictos* nec abeſt, inquit Izidorus, à Pictorum corpore minutis opifex acus punctis; hæc expreſ-

expreſſos natiui graminis ſucos includit, vt has ad ſui ſpeciem cicatrices ferat, pictis artubus maculoſa nobilitas *Barbarus.* Arbogaſtes, dolo interemto Valentiniano, Eugenium nomine conſtituit Imperatorem, reuera ipſe cuncta tanquam imp.geſturus: auſus tandem cum Theodoſio congredi, diuina potius ope, quàm humanis viribus profligatus, ſuo ſe gladio iugulauit.

*Arabum.* codices emẽdatiores repræſentant; Arabes.

*Habenas.* Theodoſ. Augu. III. & Fl. Habundantio Coss. ex ante diem IIII. Idus Februarias.

*Diademate.* Sphæra aurea, vnde faſcia dependebat.

*Tantáque.* iſte verſus in vet. lib. legitur ita; Tantaque ſe rudibus pietas oſtendit in annis.

*Pugnaſti uterque, Tu fatis, genitórque manu.* Sollius Sidonius in Paneg. Maioriani: certatum eſt iure Magiſtri, Auguſti fato.

*O nimium.* D. Auguſtinus, Oroſius, & Diaconus, dũ hos verſus adducunt, ſic adducunt: O nimium dilecte Deo, tibi militat æther, Et coniurati veniunt ad claſſica venti. nonnulla verba omittentes; quæ cùm in omnibus tam ſcriptis, quàm impreſſis codicibus inueniãtur, mihi ea reiicere fuit religio.

*Reddere.* manuſ meus; cedere.

*Cunctos diſcedere tectis.* Ex l. XIV. & l. XV. C. Theodoſ. de deſertoribus & occultatorib. eorum manifeſtum euadit, non licuiſſe tũ temporis militibus caſtra egredi, & id feciſſe conuictos deſertoris ſupplicio puniri conſueuiſſe. Nunc militibus caſtra relinquere, & indulgere genio concedit. Quamobrem ſatis laudari nequit vet. lib. lectio; tuto diſcedere caſtris.

*Te non ſuadente.* Non habetur, *te*; in vet lib. neque in Vicetino, eſtq; e ſi perſuacuum.

*Sarmaticas* ſic ſoli Lugdun. quod vnde acceperint nequeo diuinare; ceteri vno ore, Dalmaticas.

*Virum.* m. ſ. & Vicetinum. videlicet, Serenam.

*Nutrit equos.* de quibus Homerus Iliad. v.

Bac-

*Bacchi tranſcurrite metas*. Q. Curtius: Tranſierant iam Liberi patris terminos: quorum monumenta lapides erant crebris interuallis diſpoſiti, arboresque proceræ; quarum ſtipites hedera contexerat. Dionyſius de ſitu orbis: Ε'νθάτε καὶ ϛῆλαι Θηβαιγενέος Διονύσου Ε'ϛᾶσιν πυμάτιον παρὰ ῥόον Ω'κεανοῖο, Ἰνδῶν ὑϛατίοισιν ἐν οὔρεσιν. ἔνθάτε Γάγγης Λευκὸν ὕδωρ Νυσαῖον ἐπὶ πλαταμῶνα κυλίνδει. turpiſſimè Colinæus: Bactri.

## AD PANEGYRIM DE IIII. HONORII AVG. CONSVLATV NOTAE.

*Nec paſſi*. vnus manuſ. & vet. Germanic. paſſim.

*Vexilla Quirini*. Animaduerterunt & alij vexillum Senatus, nam de illo loquitur, argenteum fuiſſe, & in comitiis paſſim & pompis Senatui præferri cõſueuiſſe.

*Petit*. membranæ, vel; gerit, vel; trahit.

*Parmámque*. Nonius: Parma eſt ſcutum breue. Salluſtius lib. IV. Hi locorum perignari; & ſoliti nectere ex viminibus vaſa agreſtia; ibi tum, quod inopia ſcutorum erat, ea arte ſe quiſque in formam parmæ equeſtris armabat. Virgilius lib. IX. Enſe leuis nudo parmáque inglorius alba. hæc Nonij ſunt verba; aliquot à me locis ex manuſ. lib. D. Amandi, quod Neruiorum eſt monaſterium, auctoritate purgata.

*Laurigeras*. Cum conſules, vel Imperatores præclaram aliquam victoriam erant conſequuti, tum eos lictores laureati, faſces laureatos geſtantes, præcedebant.

*Qui medio*. caſtiga ex vet. lib. & Vicetin. fide; medios. quam emendationem ſpero perplacituram iis qui explorata aure, non ſurda fuerint vel iacenti, quemadmodum ille aiebat.

*Pictonum*. diſconueniens eſt hæc lectio. quare corrige, Pictorum; quos Britanniam inuadentes, pro-

fliges

ſtigarat Comes Theodoſius. Pictones autem & pænultimam corripiunt, & Ptolemæo, Cæſari, Plinio, Aquitaniæ populi ſunt.

*Ditat*. nam aureos fingunt. meus manuſ. dictat.

*Arx incenſa Iubæ*. Iubæ regia igne vaſtata fuit. Ceterum vet. lib. Ars intenſa Iubæ. vt à verbo, ceſſit, dependeat. eritque ſenſus, ceſſiſſe Theodoſio fraudes Maurorum, in quas tamen omnes cogitationes intenderant. Per Iubam, accipio Firmum, Gildonis fratrem.

*Barbaries*. habes horum barbarorum nomina apud Sidonium in Paneg. Maioriani, ſed vereor ne corrupta.

*Reperirent*. meliores lib. operirent.

*Pars altera*. Occidens. *Fudit*. Maximum.

*Germanus*. Arbogaſtes. *Famulum*. Eugenium. qua de re vide, ne ſingula ſit opus indicare, Paul. Oroſium lib. vltimo.

*Docuere Deos*. Docuerunt omnibus noſtris actionibus Deum intereſſe. Menander: ὁ γὰρ θεὸς βλέπει σε πλησίον παρών.

*Triumpho*. m. ſ. Vicetin. & Pariſienſes; triumphi.

*Montes*. Alpes Iulias. Drepanius rhetor: & ſuperatis Alpibus Cottiis, Iulia quoque clauſtra laxaret.

*Contagia*. manuſ meus; commercia, ſed in lineali annotatione; id eſt, contagia: quod hucuſque omnes ſunt amplexi.

*In Thyrios enixa toros*. vet. lib. & Vicetin. & Pariſienſes; in Thyriis e. toris.

*Præſumtum*. Solinus: vt iam inueniri non poſſit quod non veterum auctorum præſumſerit diligentia. Item Iornandes: ſe non diu tenens regnum præſumtum. Idem: plus præſumtione quàm electione Cæſar effectus. præſumtum dixere, quemadmodum Iurecconſulti, præceptum, & Sidonius in Paneg. Maioriani; præfunctus, niſi ſit ibi, perfunctus, legendum.

*Atris*. lege; aſtri. quia ſic habetur in manuſ. & per

*παρθενομασίαν*, ſolem vocat aſtrum.

*Leuaſſet.* quæ ad ſolemnitatis huius explicationem pertinent, pete ex P. Pithoei I.C. aduerſar. ſubſec. lib. 2. cap. v i.

*Aut ſol.* meus lib. m. ſ. nec ſol.

*Crine retruſo.* m. ſ. recuſo Vicetin. reſuſo. vet. Germanic. & Colinæi, retuſo. Lugdunenſ & Baſileenſ. retruſo. fortaſſis; refuſo. id eſt, redundante. ſi quis, recuſſo, malit, cum eo non pugnabo.

*Alieni.* lege Had. Iunij, viri doctiſſimi aduerſ.

*Comæ.* reſpexit ad morem poëtarum, qui dum Iupiter comas mouet, cælum aiunt concuti & tremere. teſtis Homerus Iliad. *α.*

*Fortuna.* in vno manuſ. natura. ſed in eodem correctum, fortuna, quemadmodum in ceteris.

*Tiaras*. per vſurpationem dixit, pro tiara: ſicuti & Virgilius: ſceptrum que ſacerque tiaras: & Seneca; hoc Phrygius loco fixus tiaras Pelopis: & Sidonius: Lunatum tibi flecteret tiaram.

*Facto coniuncta.* hoc dicere voluit: excellentior eſt & plus habet emolumenti principum virtus, quàm plebeiorum; quia cum omnium oculis illi ſint expoſiti, illa quoque tum facilius eluceſcit: hancque ſententiam confirmant membranæ, in quibus continetur; fato. ex iiſdem paullo poſt reſtitui, inceſtos, pro; incertos.

*Clauſtris* ἐν κοίλῳ νάρθηκι, Heſiodus.

*Geminas* per mentem, accipe animum rationis participem: per geminas, eum qui ſentit, & eum qui vegetat.

*Fluenti.* magis arridet vet. lib. furenti. ita enim furoris quædam ſpecies & initium inſaniæ cenſetur. vnde Themiſtius *μανίαν ὀλιγοχρόνιον* dicit.

*Pollentius.* potentius. Pollentia, Plautinum eſt, pro potentia.

*Parum.* leges ex v. l. praua.

Im-

*Implorat.* manuſ. vel, obtruſos explorat vel, abſtruſos explorat. prius edi malim.

*Qui ſe pulcherrimus*. manuſ. & hic, & poſtea: quod huc ſpectantem de mundi æqualitate ſententiam habes apud Eurip. Φοινισσ. act. II.

*Tunc obſeruantior*. Pacatus: Exaſperat homines imperata correctio; blandiſſimè iubetur exemplo.

*Fæmina*. Semiramis. *Sen.* Tiberio.

*Cuneus*. eius erat triquetra forma: quare illi forfex opponebatur.

*Machina*. Baliſta. *Protectáque*. egregiè vet. cod proiectáque. de cuius vocabuli vi Macrobius lib. VI. teſtimoniis ab eo prolatis, addatur & Quadrigarius; qui annali primo ſcripſit: Gallus ſua diſciplina ſcuto proiecto cantabundus. *Strauiſſe*. meus cod. rapuiſſe.

*Promtius ibunt*. Apollinaris: ſic agmina voce Erigis, exemploque leuas, primusq́ labores Aggrederis quoſcunque iubes: tum cetera paret Turba libens, ſeruit propriis quia legibus auctor.

*Protere curru*. vet. cod. curſu. ſed in meo emendatum, ex collatione fortaſſis vulgati cuiuſpiam; curru.

*Cum proſpera*. Sollius Sidonius: Magnus Alexander patris quem gloria torſit.

*Deſpue*. vet. lib. deſpice. *vel ſolus*. Hæc in principio Panegy. ad Maioran. Sollius deſumſit.

*Fabius*. qui cunctando Romanis reſtituit rem. Apud Sidonium ſic legitur: Sylla acio genio Fabius, pietate Metellus. Ego verò ibi, coniectura ductus, vt mihi videtur, probabili, repono: Sedató ingenio Fabius.

*Flexit Serranus*. meus cod. Vertit.

*Sereni*. αἰθρίας. auctor de mundo ad Alexandrum: ἔστιν ἡ αἰθρία οὐδὲν ἄλλο πλὴν ἀὴρ ἀνέφελος καὶ ἀνόμιχλος, ἀντίπαλος οὖσα τῇ ὁμίχλῃ.

*Subnixus*. hic verſus meo manuſ. deeſt; ſed in eo non ita pridem additus videtur; deeſt quoq. Vicetin. & Pariſienſ. ſed in ceteris habetur, & eſt prorſus neceſſarius.

*Cum matre*. Ino vel Leucothea. Pauſan. ἀττικ.

*Moritur pellita*. non dubito quin: metitur, ſincera le-ctio ſit: cùm ſic habeant vet. lib. & Silius dixerit: agmi-na metuntur. *Nigrare meatu*. cod. meus vet. tranſire.

*Infelices tabulæ*. auctionales; de quib. D. Ambroſius epiſt. lib. 11. *Auidas*. nonnulli vulgati, auidis.

*Deſpexit muros*. Carmen iſtud in m. ſ. Viceti. & Pa-riſienſ. deſideratur: exſtat autem in Baſil. & cunctis Lu-gdunenſ. & huic loco non male conuenit.

*Vibranda*. vet. lib. & Vicet. vibrata.

*Iuſſum*. m. ſ. viſum. quod cur non recipiamus?

*Dirceáque*. non ineptè vet. lib. Dictæaque. hoc eſt Cretenſia; quæ erant præſtantiſſima. poteſt tamen vul-gata etiam lectio defendi.

*Exudant ſanguine*. vet. lib. & vulgati antiquiores; ex-undant. *Mauult*. m. ſ. mallet.

*Niueas*. Trebellius, albatos milites, dixit: quia videli-cet caſtrenſia; veſtimenta erant candida.

*Liniger*. Iſidis ſacerdotes non alia quàm linea veſte vtebantur; vnde à Iuuenale & Martiale Linigeri vo-cantur. quare mendosè meus m. ſ. Laniger.

*Varioſque modos*. vet. lib. Phariosque. quod placet. eo pacto Statius in Epicedio patris; Pharios dolores.

*Cinctu*. meus m. ſ. vultu.

*Omnia libertas*. legendum; omina. Deſcripſerunt multi ſollemnia manumiſſionis: ſed nullus fuſiùs ne-que elegantiùs, quàm hic noſter. Idem porro error Si-donij cod. inuaſit: Qui maxima regni Omina priua-tus fugit. malè legebatur; Omnia.

*Triſtis conditio*. non tam, quia ſerui ſeruitutiſque vo-cabulum δουλεῖν, vt ait Euripides, ἐρᾶν τίθησιν: quàm quia Vlpianus ſeruitutem mortalitati comparauit, & Gaius ſeruos quadrupedibus tradidit exæquari.

*Gothunni*. ex vet. lib. Grutungi, legendum. de qui-bus in ſecundo lib. in Eutropium.

*Concutit*. docent vet. lib. contudit, reponendum.

*Quinque*. hoc loci noſter Herodotum, Ephorum, & Dionyſium ſecutus, Danubio quinque oſtia tribuit: ſed

Ayuntamiento de Madrid

ſed eidem Plinius, Tacitus, Ptolemæus ſex; & Strabo, Ouidius, Seneca, Statius, Val. Flaccus, Solinus, Amianus, Sidonius ſeptem adſcribunt.

*Alpinis genitor.* de hoc verſu, quem recentiores vulgati addunt, omittunt cum m. ſ. antiquiores, quid dicam, non ſatis ſcio. In præcedenti, vbi Lugdun. & Baſiſileenſ. fluctus, manuſ. cum ceteris habent; montes.

*Donata toro.* m. ſ. deuota.

# AD EPITHALAMIVM IN NVPTIIS HONORII AVG. ET MARIAE, NOTAE.

CASTOREM. ab Oppiano Caſtor inter Νήρεα, Νάρκισσον, Υάκινθον, ceteros formoſos recenſetur.

*Delos Apollinem* &c. hi DI vt forma præſtantes à Poëtis commendantur; præſertim Oppiano, 1. κυνηγ. ſunt enim perpetuò adoleſcentes. Callimachus: καὶ μὲν ἀεὶ καλὸς, καὶ ἀεὶ νέος. & id exprimens Tibullus: *Solis* æterna eſt Baccho Phœboq. iuuentas: Nam decet intonſus crinis vtrumque Deum. Sydonius Phœbum Ephœbum vocat. Bacchi vêtrem Anacreon, noſter alicubi collum, laudant.

*Tunc cum.* meus cod. m. ſ. tu cum.

*Syrium.* hoc dicam obiter; à Tzetze reprehendi Archilochum, Heſiodum, Aratum, Lycophronem, Varronem, Heſychium, Sudam, non quidem nominatim, ſed tacitè, quòd Syrium cum canicula confundant.

*Patris.* Mauortis. *Amazonas.* De Amazonibus ab Herodoto in μελπομ. Pauſania in ἀττικ. Clemente ſtroma. 𝔰. Strabone lib. XI & XII Dionyſio, Pindaro, denique Plinio, Mela, Iuſtino, Seruio, Oroſio plura referuntur, quàm hîc explicari queant.

*Omne nemus.* Male in o. edit. præter Vicet. hîc duo verſus conſtituuntur: cum vnus ſit Choriambicus tetrameter Sapphicus ſcandendus in hunc modum: omne nemus · υυ cum fluuiis ·υυ· omne canat ·υυ-

profundum v- idque vſque ad: Solitas galea, &c. obſeruandum eſt: vt poſt tres ſingulos verſus (qui Anacreontici ſunt) vnus huiuſcemodi choriambicus reponatur. *Quirine*. bene v. l. Quirite.

*Septem geminus*. id eſt ſeptem: ſicuti tergemini non ſex aut ſenos, ſed tres aut ternos ſignificant. *Fuit vnda* m. ſ. meus; fluit.

*Gener*. ducta Serena adoptiua Theodoſij filia.

*Socer*. data Maria Honorio Aug.

*Lacrimas*. Catullus totum hoc lacrimarum genus fictum & ſimulatum credit. *Iam pacata*. bellè meus cod. manuſ. impacata. *Alite*. columba.

*Aſſidue*. m. ſ. aſſiduo. Plaut. milite: dum tale facies, quale adhuc, aſſiduò edes. Idem Truculento: Poſtidea ego tota tecum, mea voluptas, vſque ero Aſſiduò. D1. Imo hercle verò accubuo mauelim.

*Caleat*. meus m. ſ. careat. vt noua Veneris ſtipendia militantes, remotis veſtibus, nudos, amori litare iubeat. poteſt nihilominus, caleat, defendi; præſertim propter ſequẽtes verſus: & veſtes Tyrio ſanguine fulgidas Alter virgineus nobilitet cruor. ex quibus præterea cõſtat in eorum fuiſſe ſententia Claudianum; qui Eugium in muliere ſtatuant: quam membranã (virginal vocant,) quidã docent nonnumquã ſic denſari coartariq. vt nullo temone, neq. roboraſcente ramo, nec dum retrito aliquo rutabulo, perrũpi poſſit. atque hoc vitio laborantẽ mulierẽ ab Vlpiano l. XIV §. II V. de Ædil. edict. arbitror indicari. talẽ quoq. Gracchorũ matrem fuiſſe Solinus perhibet. *vulnera prælij*. ex Catullo: Dulcia nocturnæ referens veſtigia rixæ. *Iocis*. Feſcenninis.

## AD PRÆFATIONEM IN NVPTIAS HONORII ET MARIAE, NOTAE.

SVRGERET. ad huius imitationem compoſita eſt à C. Sollio præfatio panegyr. Antemij Aug.

*Negant*. ſuſpecta mihi eſt hæc vocula: quid tamen eius loco reponi debeat, ignoro.

Cra-

Ayuntamiento de Madrid

*Craton*, audacter; Cratem, emenda: de quo Laërt. lib. VI, vet. lib. Cratim, mendoſè. *Renatus*. v. l. renato.

*Achillem* Æſchylū ſequi Claudianus maluit, quàm eos qui Apollinem ab his nuptiis remouerunt.

## AD LIB. DE NVPTIIS HONORII, ET MARIAE NOTAE.

PRIMOQVE. m. ſ. meus cum Vicetin. pronoq.

*In vultus quos finxit amor.* ſic vulgati quidam: alij; in vulnus quod fixit. vet. verò lib. in vultus quos pinxit. Virgilius lib. 4. Æneid. Hærent infixi pectore vultus.

*Non voluere.* m. ſ. meus: non flectere.

*Schyria.* Deidamia. *Nectebat pectine.* variant vulgati. vet. lib. pectebat pollice.

*Laeua.* proprium eſt quod legitur in mēbranis; lena. quia pictura vltro citroque miſſa animos ad amandum inducit. *Rapto præceps*, liber meus; princeps.

*Auum.* quo commodius hæc intellegantur, ſtemma ſubiiciam:

*Theodoſius Comes*

*Theodoſius A.* — *Honorius.*

*Arcadius A.* *Honorius A.* — *Thermantia.* *Serena.*

*Theodoſius A.* — *Maria.* *Eucherius.* *Thermātia.*

*Differs.* ſic Lugdunenſes: quod eſt ineptum. rectius alij o. debes.

*Cypreæ rupis.* diſſentiunt inter ſe vulg. nec vllus verā lectionem aſſequitur, quæ eſt in v. l. Cypri præruptus.

*Fuluo.* excuſi quidam cum v. l. Flauo. Maro: Flauo argentum Pariúſue lapis circundatur auro.

*Unde.* nam amor & melle & felle fœcundus, γλυκύπικρον quiddam dicitur hominibus infundere.

*Iræ.* nam Terentius. Amantium, inquit, iræ, amoris redintegratio eſt.

*Iuuenta.* quidam; iuuentus. vide an ex Liuio & Varrone



Ayuntamiento de Madrid

rone ſit ſcribendum ; Iuuentas.

*Achates.* Hæc ipſa vox reponenda initio Epithalamij Dicti, & Deſiderij. apud Sidonium, vbi corruptè legitur; Indus, Calchidicus, Schiticus, Berillus, Acathes.

*Panchæáque ſurgunt.* m. ſ. & vet. German. turgent.

*Balſama ſuco.* m. ſ. meus; prorumpunt balſama riuo. & inter lineas; ſucco. quod mirandum eſt; cùm in o. eiuſdem ætatis m. ſ. vox ea vnico c. ſcribatur.

*Sorores.* Iouis ex Eurynome, Oceani gnata, filiæ, Gratiæ: Venus autem ex mari orta fingitur.

*Iuuencas.* hoc ait, propter Taurum, quem Iupiter, Europes amore incenſus, induit.

*Antra.* Latmia ſaxa, deoſculādi Endymionis ergò.

*Remouit.* vnus m. ſ. cui Vicetini adſentiuntur: reſouit. *Ceſton.* conſule Homerum. ἰλ. Ξ.

*Circumtonat.* m. ſ. circumſonat.

*Ægæas.* m. ſ. & cum iis Vicetini: Ogygias. hoc eſt, mare Ogygiam alluens; quam incoluit Ἄτλαντος θυγάτηρ δολόεσσα καλυψώ. *Brachia.* v. l. pectora.

*Hiſpida tendebat.* meus v. l. Aſpera tentabat. idem paullo poſt; vibratura Deam. & : Proſequitur votis latè comitatus amantum ; quæ cuncta, vno dicam verbo, reiicio.

*Cadmeia.* Ino, Cadmi filia. Seneca : Nereidumq́. choris Cadmeia cingitur Ino.

*Alternis.* vnus v. l. alternas. idem: audito rumore, vbi ceteri; Tritone. *Rapturus.* v. l. rupturus.

*Clotho.* ex Homero, Heſiodo, Virgilio, Val. Flacco, ſcribe; Doto.

*Gemma fuit.* Idem tradit Plinius lib. XXXII. c. II. & Ouid. IV. Metamorph.

*Nudæ Venerem cinxere cateruæ.* vnus m. ſ. nuda V. C. caterua. idē, vbi ceteri, voce ſequuntur, habet; feruntur.

*Ad mœnia Gallis Condita lanigeris, ouis oſtentantia pellem.* Notum eſt Gallis, dū in Inſubria condendæ vrbis fundamenta iacerēt; mirificū portentū oblatū, ſuē partim lana, partim ſetis tectū: quāobrē, licet omnes libri etiam m. ſ.

m. ſ. in vulgatam illam lectionem conſentirent; tamen ex voce, ouis, litteram, o, tollens ſic lego: ad m. G. condita, lanigeri ius o. p. quam coniecturam ſpero, vt ait Attius; Probis probatam potius quàm multis fore: quos non moramur. Ceterum frequenter ex hac peruerſa litterarum diſpoſitione fediſſime libros maculari complures annotarunt. mihi vnum exemplum ad fidē faciendam adduxiſſe ſuffecerit. magno bonarū litterarum fructu paſſi in M. Fabij Declamationum opus teritur. in eo, Declamatione ſcilicet CCLXX. cuius inſcriptio eſt: *Rapta è duobus geminis*, vulgo ita legitur: Dicerem, Luctus confunderat (ſi liceret) dolor ſuadebat: ignoſceret iſta: net: nunc mihi neceſſarium conſilium præſens iniuria dedit. hæc verborū portenta ſic caſtiganda credo: Si dicerem; Luctus confuderat: liceret. dolor ſuadebat: ignoſceretis tamen nunc mihi, &c. quo modo, quę ænigmata pluſquam Sphyngea fuerant, ſolis luce clariora redduntur.

*Confundant.* ex v. l. reponi debere, confundat, iudico.

*Crinita ſagittis.* de his poſtea leges: Et gens compoſitis crinem velata ſagittis.

*Mnemoſyne.* Hæc, à Ioue; ſerpentis ſpecie occultato, vt tradit Sidonius, ſubacta, nouem Muſas peperit: idque ab Orpheo, Heſiodo, Alcandro, Eumylo, atque Solone proditum eſt, teſte Clemente ςρωμ. lib. VI. rationem fictionis, in Heſiodicis enarrationibus, tradit Proclus Diadochus.

*Te propter.* Hi duo verſus in vet. meo l. alio leguntur ordine; vt q ui in excuſis præcedit, in eo ſubſequatur.

*Sceptris.* v. l. regnis. *Vincto.* v. l. iuncto præclarè.

*Auroræ.* nam ait Anacreon: ῥοδοδάκτυλος μὲν Ἠὼς.

*Dotabere.* v. l. dominabere.

*Accenſis.* Excuſi quidam cum v. l accenſus.

*Socerum iuxta.* m. ſ. Socerum circa. iidem: ritu pluuiæ diſpergere flores, pro, p. f. d. r.

*Diſſidat.* m. ſ. aſſentior, in quib. diſſilit. vulgati non conſtant ſibi. *Sic te.* ſequor meum m. ſ. in quo; ſeſe.

*Conſorte.* conſideret hanc vocem lector.

*Contingit.* m. ſ. contingant. ego; contingunt. q. excuſi;en ſorte remota contingant grauitasque ſeni, vireſque iuuentæ.

## AD PRÆFATIONEM LIB. DE BELLO GILDONICO NOTAE.

PERMISTIS. v. l. & Vicetin. permiſſis.

*Gildonis ſenſit.* quidam excuſi;& Gethicam ſenſit:quæ lectio,ſiquidem huic de bello Gildonico libro hæc præfatio ſit præfigenda, prorſus eſt aliena & intruſa aliũde.

## AD LIB. DE BELLO GILDONICO NOTAE.

PLENA. v. l. læta.

*Laurea.* hoc eſt, litteræ laureatæ.

*Induxit.* egregie m. ſ. & Vicetin. indixit.

*Vultu.* vnus m. ſ.; viſu. *Faſcibus.* v. l. legibus.

*Oaxem.* v. l. Aaxem. hinc ego, Araxem.

*Hominéſque.* v. l. meus; vrbesque.

*Libyam, Nilúmque dedere.* Sidonius,quid quæque regio ferat recenſens, ait: fert Indus ebur, Chaldæus amomum, Aſſyrius gemmas, Ser vellera, tura Sebæus, (*ſcribe Sabæus*) Attis mel, Phœnix palmas, Lacedæmon oliuum, Argos equos, Epiryus (*corruptè pro Epirus*)equas, pecuaria Gallus, Arma Calibs, frumenta Libes (*legendum exiſtimem: Libys, nam & ea quæ præceſſerunt,& quæ ſequuntur gentium nomina, ſingulari cuncta numero efferuntur*) Campanus Iacchum, Aurum Lydus, Arabs guttam, &c.

*Stabat certa ſalus.* Lampridius de Commodo: Claſſem Africanam inſtituit, quæ ſubſidio eſſet; ſi fortè Alexandrina frumenta ceſſaſſent.

*Tot annos.* pene XLIV. *emi.* m. ſ. vel ſic, vel; egi.

*Hannibal.* Plinius lib. xv. nat. hiſt. Caſtra Punica ad tertium lapidem vallata, portaque Collinæ adequitans ipſe Hannibal.



Ayuntamiento de Madrid

*Qui ſeptra.* auctor comment. reip. Rom. inſulsè, vt ſolet, ſceptra magiſtratuum interpretatur; cum non ad magiſtratus, ſed ad inſignia poteſtatis imperatoriæ, ſint referenda; quemadmodum Nou. CV. ὡς καὶ ἡ τῆς βασιλείας ὑπαθεία διὰ πάντων ἔσται ἀκολουθοῦσα τοῖς σκήπτροις.

*Gentes.* accuratè admodū gentes, id eſt, Barbaros qui Romano non parebant imperio, à ſubiugatis diſtinxit; ea ratione, qua Iuſtinian. barbaricas gentes, in proem. Inſtit. nuncupauit. *Miſerabile.* hactenus retinebo ex v. l. mirabile. *Sabinos.* rectè v. l. Gabinos. vult enim vicinas vrbes, non gentes, recenſere: Gabij verò tantum centum à Roma ſtadiis aberant, auctor Strabo lib. v.

*Palatinis mutaſti.* latiſſimè hac de re Liuius lib. XXIX. & Herodian. lib. I. μετὰ μάρκον βασιλείας.

*Prælatóque.* Romano, quem Phrygio Almoni prætuliſti. *Aratru.* v. l. ariſtis. *Errantéſque ſolo.* m. ſ. meus; Errantes ſolio. ſed nihil immuto.

*Fouêre Getæ.* v. l Vicetin. vet. Germ. & Baſil. fauêre.

*Obuia detecto.* hoc dicere voluit: ſi debellatis hoſtibus, obuiam mihi progreſſus, gratam ſibi meam victoriam fuiſſe ſignificaſſet; minus illi ſuccenſerem. quid ſubaudiatur, nemo nō videt. quare rectiùs v. l. & quidā vulg. deiecto. quanquā non deſint, quibus; defenſo, arrideat.

*Numeroſas.* multas. hoc etenim Romanis ea vox ſonat. Plinius Cæcilius numeroſam manum, Iuſtinian. Imp. numeroſas prouincias; noſter alibi numeroſam cicatricem, & numeroſum equitem dixerunt.

*Proditio.* meus m. s. ſeditio. Celſanus, negligentia ne, an data opera, quòd in ſuis membranis non inueniebantur, ignoro, hunc & ſubſequentem verſum omiſit.

*Romani ſcelerum ſemper.* conuerſo v. l. ordine; ſemper ſcelerum.

*Noxia.* Val. Antias à noſtro, qui CL. Quadrigarium ſecutus eſt, diſſentit. vide A. Gellium lib. III. c. XII.

*Animus nutauerit.* m. ſ. cum vetuſtis edit. animum mutauerit.



Ayuntamiento de Madrid

*Deprecor*. m.s. cum Viceti. hæc precor. & vbi ceteri; vt ſileam, Iidem; vt taceam.

*Fuſus Honorius*. v. l. cum Vicetino; fortis. a; fuſus, ex margine intruſum eſt.

*Firmúmne*. ſic excuſi, quod, vt gloſſema ſit, vereor iccirco, quia in manuſ. mei cõtextu continetur; fratrémne, & interlineis; id eſt, firmúmne, de quo Oroſ. lib. vlt. cap. xxx. *Potior*. meus lib. melior. *Collo ſonuere*. Viceti. collo ſubire. v. collo ſubiere. ego; collum ſubiere.

*Hortator*. Vet. cod. hortatu, idq́ue Vicetini ſeruarunt.

*Vlterius*. quamquam ſic etiã m. ſ. ego tamen cum quibuſdã lego; alterius: Valentin. videlicet & Gratiani.

*Afferet ignauus*. lego ſententia flagitãte, Auferet. poteſt etiã ſic locus reſtitui; Afferet ignauo, ſublata poſt, leti, nota interrogationis. Sed magis prior emendatio placet. Porro cũ nõ pauca ſint; quibus, vt neceſſariorum mortẽ, atq. adeo noſtrã met, feramus leuiter, præſtatur: tũ illud vel maxime, ſi fortiũ virorũ manibus interemti fuerint. qua ratione Lauſum Æneas ſolatur, quia Æneę magni dextra cadat. legerat quippe Maro, hoc ipſo medicamẽto Neoptolemi dolorẽ à Sophocleo Philoctete lenitũ; non ab hominib⁹ Achillẽ interimi potuiſſe, ſed iaculatoris Apollinis ſagitta: quodq. εὐγενὴς foret ὁ κτα-νών τε, χὡ θανών. *Macezer*. alij; Maſcezer. v. l. vel; Maſceber, vel; Maſcezes. Oroſio dicitur; Maſcezil. Ammiano Marcellino, Maſcizel. Iornandi; Maſcelzer: aliter etiam, Sabellico: aliter aliis.

*Inhumatáque*. foret perſacile, ſi λεπτολογεῖν velim, prę-ter ea teſtimonia, quæ Dion. Lambinus in comment. Horat. coëgit, infinita ſcriptorum diuerſorum loca adducere, quibus doceretur, veteres horribile putaſſe, humanum cadauer inhumatum iacere.

*Auertítque diem ſceleri*. Seneca Thyeſt. hoc eſt quod Deos puduit: hoc egit diem Auerſum in ortus. & act. iv. eiuſdem: O Phœbe patiens fugeris retro licet, Medióque raptum merſeris cælo diem; ſero occidiſti. in his verſibus, raptum emendaui ex Thoſa. m. ſ, cùm, ruptum,

Ayuntamiento de Madrid

ptum,in Griphij edit. contineretur.

*flentibus aram*. aram miſericordiæ;quam Pauſan.ſcribit in foro Athenienſium fuiſſe conſtitutam. Eumenius rhetor; Inde eſt, inquit,quod Athenienſis humanitas aram Miſericordiæ inſtituit.

*Ina hides*. vide Eurip. ἱκέτιδ.

*Adherbal*. o. v. l. Claudiani & Salluſtij, Atherbal.

*Nunc*. meus m. ſ. hunc, non hoc loco tantum, ſed duobus etiam ſequentibus.

*Pube*. idem meus; plebe.

*Feſtinant adeò*. Cum vero non niſi difficulter vexilla mouebantur, inſignem aliquam exercitui cladem imminere, ſummi ominum obſeruatores Romani credebãt;inducti iis quæ primùm C. Flaminio,poſt M. Craſſo euenerunt.

*Dictáque ab Auguſto legio*. nempe;Honoriana.

*Ius latium*. omnis antiquitatis peritus poëta, ius pro imperio & poteſtate poſuit:quod Iuriſcos.perquam familiare eſt.

*Tot iura*. v. l. & vet. Germ.editio; tot rura.

*Omnia conueniunt dicto*. ſcribe, omina.

*Fuluúſque Tonantis*. vel hinc colligere quis poſſet, verborum ſatis proprium fuiſſe noſtrum. ceterum hæc comparatio vel ex Homeri Iliad.M. vel Ciceronis Mario, vel Virgilij lib. XI. deſumta eſt: tribus enim illis locis habetur. *Littera*. Y Pythagoricum.

*Aut rumpite*. v. l. abrumpite, & in vnius marg. aut rumpite. *Timida qui*. v. l. & Viceti. cauta.

*Turbida Coris & confuſa*. v. l. turgida Coris & concuſſa. *ſimul effugere*. vnus v. l. procul.

*Curalis*.procliue fuit hoc ex; Caralis, efficere.Strabo, Καραλλιν vocat; cum quo ſentit Stephanus, ſi modo Stephani eſt liber περὶ πόλεων, qui eius nomine circumfertur, & non potius epitoma τῶν ἐθνικῶν ςεφάνου ab Hermolao Grãmatico Conſtantinop. concinnata.

*Fauentes*. videtur finis huius libri intercidiſſe, quo exitus expeditionis continebatur: qui petatur ex Paul.

Oroſio

Ayuntamiento de Madrid

Oroſio lib. VII. Paul. Diacono lib. XIII. appēdicis, Freculpho Chronicorū lib. V. tomo. II. Nauclero to. I. vol. II. generat. XIV. Maximi momenti fuiſſe hāc victoriā inde patet, quòd monumenta eius à S. P. Q. R. in foro Romano fuerunt conſtituta: quorum & his temporibus inſcriptiones ſuperſunt. Gildonis poſſeſſiones fiſco fuiſſe adſcriptas declarāt l. XVI. & l. XIX. C. Theodoſ. de bon. proſcriptorum: eorumq́. adminiſtrationi præpoſitus à Mariano, Comes Gildoniaci patrimonij vocatur. Mariani enim libellum illum Notitiæ Orientis & Occidentis cenſeo: licet aliis alij adſcribant.

## AD PRÆFATION. PANEG. IN MANLII THEODORI CONSVLATVM NOTAE.

VT *perhibent*. Pindarus, Euripedes, Strabo, Herodotus, Pauſanias, & Clemens Alexandrinus.

*Contulit*. iccirco ter Pindarus γάιας ὀμφαλὸν vocat: & Pauſanias inquit: Τὸν δὲ ὑπὸ Δελφῶν καλούμενον ὀμφαλόν, &c. huc ſpectat illud veteris Poëtæ: O ſancte Apollo, qui vmbilicum certum terrarum obſides.

## AD PANEG. DE MANLII THEODORI CONSVLATV NOTAE.

AMPLISSIMA *ſedes*. quam ſacram à Symmacho in epiſt. vocari quidam autumant. *Manſuris*. vnus m. s. & Vet. Germanic. manſuetis: mendosè.

*Macedum tellus*. fuit igitur Præfectus Prætorio Illyrico: quod totam Græciam complectebatur.

*Regia*. v. l. ſic, vel; gloria.

*Oracula*. reſcripta principis ſic l. x. C. de ſacroſanctis Eccle. cæleſte oraculū, & à Iornande, Geticarum rerum ſcriptore, ſacrū oraculum vſurpatur. nam, cum de Gallia ab Honorio A. regi Gothorum Alarico attributa loquitur, ait: donatione ſacro oraculo confirmata conſentiunt Gothi.

Hinc

Ayuntamiento de Madrid

*Hinc ſacræ* . περιφραςικῶς officium comitis ſacrarum largitionum deſcribit; cuius frequens fit in C. Theodoſ. & C. Iuſtinian. mentio. Caſſiodorus quoque librum inſcripſit, de comitatiua ſacrarum largitionum. Porro ſi de hoc comite nõ agit Claudianus, de Comite ſacri patrimonij loquatur neceſſe eſt: qui, Caſſiodoro teſte in formulis, patrimonium principis curabat, gerebatque curam patrimoniorum ſubleuandorum.

*Beſſi*. Pacatus in Panegyrico: Parum ille precioſum putabat aurum, quod de montium venis, aut fluminũ glareis quæſitor Beſſus, ſcrutator Callaicus eruiſſet.

*Exitus*. m. s. & vulgati nonnulli: exertus.

*Dorida*. Virgilius etiam, in Gallo, pro mari, huius Nymphæ nomen poſuit, quemadmodum hic noſter.

*Sumpſit*. m. ſ. meus; ſenſit. ſed in eodẽ correctũ, ſumſit. idq́. excuſi nonnulli ſeruant: alij; fudit. *Quod te non*. m. s. meus: quod non te. *Interfuit*. in vnius v. l. margine: interfluit. *Secreta*. ſolus Vicetin. præcepta.

*Namque alis*. ne ſingillatim quæq. exponam, quod meum non eſt conſiliũ, opponatur ex contentione locus hic Ciceronis Academ. lib. I V. & Sidon. epithalamio Polemij & Araneolæ.

*Academia*. hoc imitatus Sidonius, Obuiet & quamuis totis Academia ſectis, inquit. Cicero tamen, eiusq́. libertus, Laurea, penultimam produxerunt.

*Impleritque choros*. hoc eſt cælorum ex motu concentum: de quo Apollinaris: ſolidum princeps quod muſica mundum Temperet, & certis concentum reddat ab aſtris. legitur in m. ſ. impuleritque. hinc Vicetini, quorum eſt editio antiquiſſima, Implerentque. quod typographi ceteri mendoſum conſpicientes, impleritque, ediderunt.

*Quæ flagra per auras Excutiant rutilos tractus*. ſic fuit hactenus ex emendatione inter quorundam m. ſ. lineas poſita: cùm in contextu habeatur; q. flabra p. a. e. r. fetus. bene meo iudicio.

*Plautis*. plantis, m. ſ. & Vet. German.

Cau-

*Cauſſiſque meantem*. &c. mendo nulla carent exemplaria. v. l. quis tenebras Solis, cauſſiſque meantem Defectum indicat numeris. Viceti. q. t. Soli c. m. Defectum inducat numerus. Pariſ. q. t. Soli c. m. Defectũ inducat numerus. ceteri: q. t. ſolis c. m. D. videat n. ſententiam perſpicuam reor, ſi legamus: quis tenebras ſolis, cauſſiſque meantem Defectum inducat numerus.

*Qui*. Themiſtocles.

*Præſtare*. cod. meus ſcriptus; reparare.

*Pertulit*. v. l. protulit.

*Conſertos hoſtes*. repono ex v. l. confertos.

*Ille vel*. v. l. per.

*Cirnon*. ego; Cyrnõ, ſcriberẽ. ἡ δὲ κύρνος ait Strabo, ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων καλεῖται κόρσικα. quæ ſub Italiæ prætorio continebatur: quare nõ ſequor eũ m. ſ. qui; Syrnũ. præſertim cum has inſulas ſibi vicinas inuicem enumerare coniungereque voluerit. Trifidam τρίδειρον, vt Lycophron; vel τρικάρηνον, vt Oppianus.

*Violatus*. o. v. l. & ſcripti, & excuſi; temeratus.

*Rabidas*. membranæ; rapidas.

*Abductóque*. hoc loco germanum eſt; Addictoque. hoc eſt, damnato adiudicatoque. Plautus: addicet Prætor familiam totam tibi.

*Lene fluit*. teſtatur id lib. 1. Diodorus.

*Vtilior*. quotannis enim Aegyptum irrigans, ne imbribus ea egeat, aut vlli terrarum fecunditate concedat, efficit. Tibullus: Te propter nullos tellus tua poſtulat imbres, Arida nec pluuio ſupplicat herba Ioui: poſterius hemiſtychium Seneca natural. quæſt. lib. 4. non nominato auctore, ad verbum deſumſit. Illud de Nilo memoria dignum ab Aeliano commemoratur; eius aquam non mulieres modo, quod Ariſtoteles prodidit, ſed pecudes etiam fecundas reddere. quare tantæ vtilitatis flumen variis Poëtæ epithetis decorarunt: à Dionyſio πολύβοτος. ab Oppiano πυρόφορος; à Parmenone Byzantio Αἰγύπτιος Ζεῦ dicitur. Latini Poëtæ, fecundum, placidum, fertilem, imbriferum nuncuparũt.

quinimo

quinimo Silius ſacrum nominauit: vel, quia, Aeliano teſte, Nilum eumdem, quem Oſyrim credebant: vel, quia Nilum Aegyptij conſecrarũt, Auctore Heliodoro in hiſtor. Aethiop. & Philone περὶ βίου μωσέως γ.

*Murmure.* m. meus; robore. ſed in marg. correctum, ſicut in aliis. *Lapſiſque.* m. ſ. laſſiſque.

*Qui.* v. l. quod. ſi varietas, vt fit, lectionis mendum tegit, facile inducor vt emendem; quo. eritque ſententia: fatetur ſe ea dignitate indignum, qua ad altius fortunæ & dignitatis faſtigium euectus eſt.

*Illúmque habitum.* conſularem togam.

*Aedes.* v. l. arces.

*Circum.* Circẽſium igitur ludorũ pompa depingitur.

*Timet.* v. l. tenet. *Conſument.* v. l. conſumant. aptè.

*Moderatur.* v. l. modulatus.

*Vel curribus.* mens auctoris poſtulat, vt ex m. ſ. reponatur; cum cruribus.

*Pegma.* erat pegma machina lignea inſtar domus exædificata, paulatim per ſe ſurgens, & multis tabulatis in ſublime creſcens, variiſque ſtatuis referta: ea in ſcenam pueris inſidentibus, aut alio aliquo ludicro ornatu deducebatur. meminere illius complures ſcriptores. Pegmata etiam, Feſto Pompeio auctore, ſunt ornamenta marmorea, aut ærea, in atriis affixa, fortium virorum geſta demonſtrantia: qualia intellexiſſe videtur Iuriſconſultus Vlpianus. l. XII. §. XIII. D. de inſtruct. vel inſtrum. legato.

*Spargentes ardua.* non dubito legendum cum v. l. pergentes in ardua.

*Lembi.* continere me nequeo, quin Fulgentij Planciadis locum emendem: is, de priſco ſermone, ait: Celocem dicunt genus nauiculæ modicum, quod bampium dicimus. hæc enim eſt libri Flanriniani, à docto Viro reſti uti, ſcriptura: penultimum tamen vocabulum penitus eſt prodigioſum. audacter itaque illi Ariſtarchi pugionem infigo, atque loco illius repono, lembum. quia in m. ſ. vetuſtiſſimo

legitur

Ayuntamiento de Madrid

legitur: C.d.g. nauicellæ velociſſimum, quod lumbum dicimus. Nec eſt quod quis hanc immutationem abſurdam iudicet: nam tam lembi quàm celoces exigua velociaque, & eam ob rem piraticæ aptiſſima ſunt nauigia: & nouum non eſt huiuſcemodi nomina ab illius ætatis ſcriptoribus confundi.

## AD LIB. I. IN EVTROPIVM NOTAE.

TERRAE *Cælique pudor*. v. l. cæli, terræque.

*Quo diras iugulo placabimus aras*. ita vulgati. membranæ: q. duram i. pacabimus iram. ſuſpicor ſcriptum; quo diuum. idque ab imperito librario in, duram, mutatum; cum mendoſe, diuam, ſcriptum arbitraretur, ſuperiore parte, u. penè concluſa, ita, vt, a, videretur aras, etiam malo, quàm, iram, propter proximè præcedentem verſum.

*Sic omnia nobis Hæc regni fortuna tenes?* in m s. dubium; omina, an; omnia: Sed locus, vt ſuſpectus, aſteriſco notatur: fortaſſis legendus hoc pacto: ſin omina noſtro Hæc regno fortuna tenes, quænam, &c.

*Quanta vocabula*. nomina. Solebant antiqui contexere tabulas accepti & expenſi, articulatim aſcriptis titulis, quos nomina vocabant. quotiens igitur Eutropius in alterius manum veniebat; totiens noui & antiqui domini nomina immutabat.

*Debita*. v. l. & Vicetin. Dedita.

*Viſcera*. m. ſ. ſic. vel; funera. vtrumque nihil obſtat, quin, diuerſimodè tamen, recipiatur.

*Auctturus*. quia Eunuchi tanti fiebant olim, vt ab Imperatore l. 1. C. de commu. ſeruo manumiſſo, & l. 111. C. commun. de legat. & fideicommiſſis, notariis & medicis præferantur; æſtimenturque ſi minores decennio ſint, triginta ſolidis: ſin maiores, ſiquidem nullius artis periti fuerint, quinquaginta; ſin artifices, ſeptuaginta; licet aliorum ſeruorum longe impar pretium taxaretur. Non diſſimulabo in meo

m. ſ.

m. ſ. legi; Acturus. quod ipſum fortaſſis ſit recipiendum: cum agendi vocabulum, teſte Iuriſconſulto in l. XIX D. de verb. ſignif. generaliſſimum ſit; atque, agere precium, conſtituere ſignificet. vnde auctio, quaſi actio, dicta eſt. *Inguen.* v. l. ignem. *Ariſtao.* alij; Ariſthæo. quidam; Aruthæo. nõnulli; Aranthæo. ceteri; Arēthæo. num eſt legendũ; Arintheo; cuius lib. XXVII. meminit Ammianus? quod de hoc loco dixi; idem de aliis, quibus huius fit mentio, dictum volo.

*Quæ genuit.* ex m. ſ. primus repoſui, quam genuit.

*Atque alias.* v. l. ante alias. Vicetin. & Baſileenſ. vtq;.

*Deſecta.* m. s. & Vicetin. deſerta.

*Stipite* v. meus cod. Ceſpite, id eſt ſtipite vnde gloſſema quod ſit, patet. Viceti. etiam, ceſpite, agnoſcit.

*Vetat.* v. cod. negat. & paulo poſt; miſêre, pro truſere: &; deiecit ſordidus, pro, demiſit ſordibus.

*Abundanti.* in m. s. Habundanti. vt videatur is qui Eutropium, tanquam ex vepreculis extractam nitedulam, ad conſulatum euexit, fuiſſe Fl. Habundantius, anni M. CXIV. cum Theodoſio Imp. coſ.

*Honores.* reuera ἀπὸ θυνοσχοπεῖα, vt ait Synesius, ἐπὶ τῆς ἠγ. κυριτικῆς ἀπήνην ἀλάμβρος. *Vates.* Traleas Ouid. III. de arte. *Opifex Tauri.* Perillus. *Qui ſe protulit.* v. l. quam qui ſibi protulit. quid ſi; quã qui ſibi profuit?

*Arte.* v. l. arte. hoc eſt perite.

*Si Lyciam.* non aſſentior m. s. meo habenti; Siciliam. Trinacria enim non Orientis imperio, ſed Occidentis ſubiecta fuit. Vicetin. Ciliciam.

*Vrget.* hoc gloſſema eſt. quia Vicetin cogit, cum haberetur in v. l. cogat; effecerunt. Vicetin. lectioni ab aliquo adſtitutum fuit, id eſt, vrget: eam vocem deinceps ceteri amplexi ſunt.

*Fæmineas* Iul. Paullus l. XII. D. vbi quis agere vel con. debeat, moribus affirmat introductum, ne mulier iudicare poſſit. Vlpianus eas ab omnibus officiis ciuilibus & publicis remouit. l. Fæminæ. D. de reg. iuris. Poſtremo Iuſtinianus eaſdem cuiuſquam negotij ar-

bitras conſtitui vetuit. l. vlt. C. de arbit.

*Eunuchi videre forum.* Romani etenim eunuchis non permiſerunt, iudicis partes exſequi: imo anno DC LXXVI. Mam. Aimilius Lepidus coſ. caſtrato cuidam, ſecundum tabulas bonorum poſſeſſionem denegauit, ne obſcena huius viri non viri, præſentia, tribunalia magiſtratuum, ſub ſpecie petendi iuris, polluerentur. Moſesquoq. ſpadoni Eccleſiæ ingreſſu interdixit: tradidit hoc Philo περὶ μέθης, & Clemẽs ἐν τῷ προτρεπτικῷ.

*Ignominia.* v. l. ignominiæ. *Arma etiam violare.* nam hæc duo; Eunuchũ eſſe, & militare; eſſe prorſus contraria, docet Sidonius lib. I. epiſt. VIII. & Arrius Menãder lib. I. de re militari, ſatis indicauit, Eunuchos iure militare nequiuiſſe, dũ ait: qui cum vno teſticulo natus eſt, quiue amiſit, iure militabit ſecundũ D. Traiani reſcriptum, l. IV. D. de re militari. ideoq. Meſſalina reprehẽdebatur, quod Poſſidi Eunucho, poſt triumphũ Britannicum, arma inſignia, inter viros fortiſſimos, tanquam victoriæ participi dediſſet. auctor Aur. Victor.

*Aggregat.* v. l. aggerat Virgilius: onerat dictis atque aggerat iras. *Pharetra.* m. ſ. pharetris.

*Syriæ feruet ſpoliis, nec.* mendoſa ſunt hæc: quare ex m. s. corrige; Syriæ ſeruit: ſpoliis non.

*Sæuis pertentas Palladıcampis.* v. l. Sæui p. P. campi. ſic autem vulgati quidam. GENS *nulla probatur eunuchi quæ ſceptra ferat.* Plinius lib. XIII. Nat. Hiſt. cap. IV. contrarium tradit. *Hanc ſoluit.* m. s. hunc.

*Pulchre.* v. l. pulcher.

PARTHICA *ferro.* putaui olim germana hæc eſſe Claudiani verba: quod Parthos ei ſceleri, cui coërcendo lata fuit lex Scantinia, mirum quantum deditos fuiſſe non ignorarẽ. verum vt nunc aliud exiſtimem, fecit Stephanus de vrbibus, qui ſcribit Σπάδα, οὐδέτερον κώμη Περσικὴ ἐν ᾗ πρώτη εὐνουχισμὸς γέγονεν. vnde legendum videtur, Perſica ferro. atque hanc emendationem valde iuuat Vicetina editio, in qua ſcribitur; ſeu perſica ferro. necnon Petronius Arbiter, his verſibus;

bus: Perſarum ritu malè pubeſcentibus annis Surripuere viros, exſectaque viſcera ferro In Venerem fugère, atque vt fuga mobilis æui Circumſcripta mora properantes differat annos. altera autem, de Semiramide opinio Ammiani auctoritate aſtruitur.

*Vada.* in s. iuga. eritque tunc duplex ἀδυώνατον.

*Aſſuetum.* v. l. aduectum.

*Diligit.* meus m. ſ. dirigit, mendosè. diligit, enim flagitat ſententia; quam vt enodem, nec ætas, nec pudor meus patiuntur.

*Peperit.* m. ſ. meruit. ſic; laboris, vbi vulgati; doloris. & vbi legitur; tranſlapſa: Idem; tranſlata. demum; fronte decorus, pro; forte.

*Corpore.* in membranis ſic, vel; ordine.

*Quæ ſuſcepta.* Moguntin. quæ ſuſpecta. v. l. quam ſuſpecta. *Rhodani.* v. l. Rhodano.

*Silentia.* erant itaque Eunuchi, Silentiarij; qui ceterorum ſeruorum murmur cohibebant: de quibus agitur in tit. C. Iuſtin. de ſilentiariis & decurion. eorum.

*Militia Eunuchi numquam progreſſa cubile)* quoniã Eunuchis cubilium ſeruandorum cura incumbebat; ait auctor Etymologici, εὐνοῦχοι ἀπὸ τοῦ τὴν εὐνὴν ἔχειν, καὶ ἐπιμελεῖσθαι καὶ φυλάττειν. Porro Eunuchos longe aptiores eſſe ad rerum, corporisque cuſtodias, quàm viros, Xenophon Cyri Παιδείας ζ. ſub finẽ probat: vbi etiam eleganter eos laudat.

*A fronte.* vulgati quidam: à ſorte.

*Aurora certè eſt.* Sic vulgo legitur, nullo ſenſu: in v. verò l. Aurora ſane quæ. virgula tamen, denotans, m; ſupra poſterius a, in; Aurora, poſita, cultro à quopiam nebulone, vt in meo veterrimo codice facilè apparet, eraſa fuit. eam nihilominus vt retineamus, ſententia, & mens poëtæ exigunt: tuncque hoc modo diſpungam· Auroram ſanè; quæ talia ferre Gaudet; & aſſuetas ſceptris muliebribus vrbes Poſſideant.

*Geſtant.* m. ſ. meus; tollunt.

*Faſtus.* v. l. faſtos, aitt eiuſdem Eutrop j nomen inter

ter ſeruos Arinthei, & inter conſules in faſtis conſulſribus legetur?

*Plenum*. m. ſ. meus; pulcrum. idem; differs.

*Obductus*. quidam; addictus. v. l. adductus. fortaſſis; eductus.

## AD PRÆFATIONEM LIBRI II. IN EVTROPIVM NOTAE.

EXSILIVM. Vereor ne quemadmodum Cæcias nubes, ſic ego, dum hoc loco à celeberrimis quibuſdam viris diſſentio, lites ad me attraham. ſed tanti eſt veritas: eas cunctas vt parui faciam, dummodo errorem inueteratum ſuis animis eximi patiantur. Credunt Eutropium in conſulatu necatum: quod, dicam paucis, eſt οὐκ χρησιμὸν ἀλλ᾽ ἄχρηστον. Noſter enim Poëta, qui eius tempore vixit, non occiſum, ſed in Cyprum relegatũ fuiſſe ſcribit; haut dubiè necis genus non præteriturus ſilentio, ſi viliſſimum hoc mancipium interemtum foret. At inquies à Poëta hiſtoricam veritatem non exigi. rectè quidem: veruntamen credibile non eſt quemquam quæ lippis & tonſoribus erant notiſſima, fabularum inuolucris inuoluturum, eaque de quibus à quouis mendacij coargui potuiſſet. Deinde ſtat à Claudiani partibus lex XVII. C. Theodoſ. de pœnis. cuius verba non aſcribam. liber in omnium manibus verſatur. qui volet, illum inſpiciat: inueniet, quæ dixi, dilucidè confirmari. Ne quem verò Socratis lib VI. Eccleſiaſt. hiſtoriæ locus perturbet, ita ſcribẽtis: Εὐτροπίῳ ἐφ᾽ ὅσῳ τὴν ὕπατον ἀξίαν ἐγχειρίζοντος, διά τινα πλαίσματα ὁ βασιλεὺς τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθῆναι ἐκέλευσεν: operæpretium eſt intelligere; ei, qui Socratem contemnat, multum abeſſe quin aſſentiar: cum eo quoque diſceptaturum me, qui Claudiani, & imperatorij edicti auctoritatem eleuandam cenſeat. Igitur credo ſic conciliari poſſe repugnantes, vt prima facie videtur grauium ſcriptorum ſententias: ſi dicamus Socratem per τὴν κεφαλὴν, famæ dignitatisq. ſtatũ ſignificare,

gnificare. qua ratione dicunt iuris auctores, capitis eos pati diminutionē, qui libertatem, vel ciuitatē, vel familiam amittunt. toto tit. D. de cap. minut. deportatis verò, cum ciuitatem non retineant, caput minui certi iuris eſt. §. III. Inſtit. de cap. deminutione. Deinde in dicta lege ſeptimadecima, cum aiunt imperatores; ad Cyprum inſulam perducatur, in qua tua ſublimitas relegatum eſſe cognoſcat: vocem; relegatum, pro; deportatum, accipio: ſicut Iul. Paullus accepit. l. v. § 1. D de cap. minutis. Hanc meam coniecturam præfatæ conſtitut. XVII. initium confirmat: quo Eutropij bona fiſco principis addicuntur; quod non fieret profectò, ſi non deportatus foret: quia ſimpliciter relegatorū bona minime principis ærario vindicari, Marcianus reſpondit l. IIII. D. de interd. & releg. & deportat.

*Confecit.* meus m. ſ. perfecit. idem; arce tyrannus.

*Spado.* licet Eutropio teſtes exſecti fuerint; cum tamen ſpadonum nomen generale ſit, teſte Vlpiano, recte Spadonem nuncupat.

*Vates nec.* m. ſ. vates iam. vates, inquit, cum nequeāt dormire, nulla tibi inſomnia renunciant.

*Vecturum.* meus m. s. venturum. porro ad Arionis fabellam alludit: cui ſimilem refert A. Gellius lib. VII.

## AD LIB. II. IN EVTROPIVM NOTAE.

QVO *funditus.* & v ſcripti, & v. impreſſi; quis.

*Oceanus*. Oceanum poſuit noſter; vel quia mare, vt ait Euripedes, κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακὰ: vel quia Seneca dixerat in Hippolyto: Non ipſe toto magnus Oceano pater tantum expiarit ſcelus: qui Catullum fuit imitatus; cuius vulgo notiſſimi verſus ſunt in Gellium.

*Senis.* C. Tiberij Cæſaris. *Ferunt.* v. l. refert.

*Romuleo.* Conſulari trabea.

*Genitorque vocatur Principis*. Suidas auctor eſt, patricios in principio Ro. Reip. populi patres dictos: poſtea



Ayuntamiento de Madrid

Imperatores vt Senatui adularentur; omnem enim populi poteſtatem dignitatemque in ſe ſuſceperant; patricios quoque ſibi patres elegiſſe. ſed eos tamen patricios, qui maiorum gentium vocabantur. meminit huius rei Iuſtinian. in tit. inſtit quib. mod. ius pat. poteſtatis ſoluitur.

*Claro quod.* ex his quattuor carminibus, tot taliaque menda ſuſtuli; vt ſi nihil aliud in hoc poëta praſtitiſſem; aliquod tamen operæpretiũ me conſecutum arbitrarer. turpiſſimas tam v. l. quàm excuſorum ſcripturas refutare piget, adferre pudet. Mea, quæ mihi vt noua ſic vera videtur, hæc eſt: nimiæque leguntur Vel maribus laudes: claro quòd nobilis ortu; Cum viuant domini? quòd maxima prælia ſolus Impleat; hoc patitur miles? quòd tertius vrbis Conditor; hoc Byzans Conſtantinusque videbunt?

*Fætere mero.* à Martiale in Acerram ſumtum. rationem huius graueolentiæ, eandem, quam in gumiis & raponibus; quibus ex ἀδηφαγία os olet; crediderim, iecoris atque pulmonis, ex nimia alimentorum quantitate natam, corruptelam.

*Vacuámque domum.* v. l. eleganter; viduamque. vidua enim domus, ſeu, vt ait Heſychius, χηρῶν οἴκημα, non cuiuis patere debet.

*Amphyſa*: alij; Amphiſa: alij; *Amphiſſa*. quidam; Amphyra. v. l. Anchira. ego; Ancyra. cùm quia infra de nobili hac expeditione loquens, ait; Ancyraniq́ue triumphi: tum quia ſic ſcribi debet. epitoma Stephani; ἄγκυρα πόλις Γαλατίας, οἱ δὲ φρυγίας αὐτὴν ἀναγράφουσιν. &c. noſter de Galatiæ agit.

*Laude.* v. mole.

*Indúmque.* v. l. & Viceti. Nilumque. fortaſſis ſcripſerat negligens librarius poſt Viceti. Nidumque: hinc ceteri; Indumque. *Cladibus.* v. l. Stragibus.

*Deriſa.* m. s. meus; deluſa.

*Largis hac.* v. l. laxis. laxus aliquando pro longo ſumitur. Proculus in epiſtulis: putas ne verè me poſſe dicere,

Ayuntamiento de Madrid

dicere, arbitratu meo opus effectum non eſſe ante Kal. Iunias; cùm ipſe arbitrio meo aliam diem operi laxiorem dederim l. cxiii. D de Verb. obligationibus.

*Gothunnis*. v. l. Grotũdis. Viceti. Gruthunnis. Sed ego; Grutungis. hi enim Galliæ populi ſunt, quibus à Valentiniani Imp. ducibus ſuperatis, agri in Aſia aſſignati fuerunt. de his noſter alibi cecinit: legio pridem Romana Grutũgi (*ſic enim ibi in v. l. legitur*) Iura quibus victis dedimus, quibus arua domuſq́. Præbuimus, &c.

*Sic erit*. v. l. ſcripti & impreſſi; eat. deinde Baſileenſ. erat. poſtremo Lugdun. erit. *ſubmiſſis*. v. l. demiſſis.

*Targibilum*. tanta eſt in hoc nomine o. c. variatio, vt quid ſtatuam planè fatear me ignorare.

*Gothunnus*. hoc loco diſertè m. s. meus; Grutungus, continet. *Tertentas*. lege; Prætentas.

*Reddere*. v. l. credere. Sic infra: ſe credidit vndis.

*Infernas*. v. l. infernis.

*Quæ læua*. v. l. cum Vicetin. leuat. dixerat enim; quæ condit. *Piſidæ que feroces*. Liuius lib. xxxiix. ferociæ cauſſas reddit.

*Ægyptius*. Pſammetichus. Herodot. Euterp.

*Hic cecidit*. innuit à Minerua tibiam in Phrygiam abiectam fuiſſe. de hac fabula Clemens Alexandrinus: προνοητέον δὲ μάλιστα τῆς εὐσχημοσύνης ἣ καὶ τὴν Ἀθηνᾶν φησὶν ὁ μῦθος, ἥτις ποτὲ ἦν, προσμηχανωμένην αὐτῆς, τῶν αὐλῶν ἀποῤῥίψατο ὀπιστρεπὲς διὰ τὸ ἀπρεπὲς τῆς ὄψεως. Propertius lib. II. Hic locus eſt in quo tibia docta ſones: Quæ non iure, vado Meãdri iacta nataſti, Turpia cũ faceret Palladis ora tumor. verba aſcripſi, vt hi loci ſibi inuicem aliquid lucis præſtent. *Synada*. v. l. ſignada: à Stephano edoctus repono; Sinnada. cuius marmor Straboni, Ptolemæo, & Plinio laudatur. propterea Prudentius, maculoſaq́. Sinna dixit. Sidonius: Iungitur hic ſinnas, Numadum lapis additur iſtis, Antiquum mẽtitur ebur. quæ ſic emenda: i. his ſ. Numidum, vel Nomadum, l. a. i. a. mentitus e. *Irata*. v. l. Commota.

*Inq́ue modum veli*. de ſtrutio camelo loquitur, quemadmo-

admodum Xenophon ἀναβ. ά. πολὺ γὰρ ἀπέπτα ἀποφεύγουσαι, τοῖς μὲν ποσὶ δρόμῳ, ταῖς δὲ πτέρυξιν ἄρασαι ὥσπερ ἱστίῳ χρώμεναι. *Ille ſemel.* m. s. meus; tamen

*Prima ſuperbus cingula*: primos militares ordines & dignitates. ita ſumitur cinguli vox l. 11. C. vt dignitat. or. ſeruetur lib. XII. *Dociles.* meus c v. faciles.

*ſanè.* v. l. faci: *Arctis.* m. ſ. meus. altis.

*Marmora.* Hæc Brodæus in miſcellaneis explicat. m. ſ. continent: verrat quis marmora crine ſoluto.

*Anguſtas ignoto.* v. l ignotas anguſto.

*Piſce ſodali.* muſculo

*Echino.* quot Echinorum ouis farciat. oua Echinorum in magno precio erant tum propter edulij ſuauitatem, tum quia nauſeanti ſtomacho conducebant, teſte Æliano. vt autem hæc verba de Echinorum ouis exaudiam, facit Ariſtoteles, qui ſola illa apta eſſe cibo tradidit.

*Contexit varius.* ſic ceteri o. meo m. s. excepto, in quo poſt; cōtexit, ante; varius, eſt lacuna. latet aliquod vlcus.

*Luto.* πηλῷ. ideo homines πηλοῦ πλάσματα.

*Epimethea.* nam ſic dictus eſt ab ἐπὶ καὶ μηθεύεται. quare Pindarus ſero ſapientem vocauit: ὃς οὐ τὰν Ἐπιμηθέος ἄγων ὀψινόου θυγατέρα Πρόφασιν. *famulo.* m. s. meus famulis.

*Atque ita.* temere iuniores reiecerunt, Altaque quod in v. l. habetur.

*Eunuchi.* v. l eunuchus. & ſeq. carmine; totas.

*Regit.* m. s. & Vicetin. gerit.

*Cruento.* in v. l ſecundo. & in mei margine; vel, coruſco. Vicetin. etiam; ſecundo. M. Tullius ad Cæſarem iuniorem lib. 1. prælium valdè ſecundum dixit.

*Captiuus.* non nolo v. l. captiuis.

*Virtus* videntur nonnulla deſiderari.

## AD PANEGYR. I. IN I. CONSVL. STILICHONIS NOTAE.

In meo m. s. hæ Stilichonis laudes, non in panegy-

res

gyres ſed libros diſtinguuntur: & facilè apparet in vno eodemque conſulatu, priores duas fuiſſe decantatas; adeò, vt ſubdubitē, num vtraq. diſtinctio librariorum ſit, non ipſius Claudiani. ſcriptas crediderim in primo, quo Fl. Aurelianum conlegam habuit Stilichonem Vandalum memorant hiſtoriographi, & antiqui lapides, magiſtrum vtriuſq. militiæ extitiſſe: virum manu quidem promtum, omniq. laude dignum: niſi vocatis Gothis Eucherio filio regnū comparare conatus, detecta perfidia, foret occiſus. ideoq; ab Honorio & Theodoſio prædo publicus appellatur. l. xxi. C. Theodoſ. de bonis proſcript. & damnat.

*Regia cantus ſopierat*. v. l. gaudia cantus ſopierant. idque Celſani cod. retinuit.

*Promptus* v. l. protinus. quod vt recipiatur, eo modo interpretor: quo Virgilian. illud à Nonio adductū, è lib. IX. (*male in Antuerpienſ. Nonio legitur*. VIII.) felix ſi protinus illum æquaſſet nocti ludum. dicitur & protenis: apud eundem locus eſt Afranij, vulgò corruptus hoc modo: Afranius epiſt. commiſſa: Tum proteni recta domum digredimur. lōgè melius D. Amandi, Nerviorum monaſterij, m. ſcriptus; Afranius epiſt. Commiſſarum protenis, &c. quia ex epiſt. eiuſdem in; gelu, citatur locus: &, commiſſatum, legi debere, nemo dubitabit, præter illos; qui Platoni σοφιστομανεῖς κ) λογομανεῖς dicuntur.

*Partitum*. alij; partitu. eadem variatio eſt in v. l. quid ſi legamus; partitè?

*Conlecta*. m. ſ. ſic. vel; conlata. & vnus paullo poſt, cuius procedere famam.

*Mitram*. Herodotus Venerem à Perſis Mithram vocari ſcribit: cui Strabo repugnat; τιμῶσι δὲ, inquit, de Perſis agens, κ) Ἥλιον, ὃν καλοῦσι μίθραν. Strabonis opinio quinq. lapidum inſcriptionibus comprobatur; in quibus, Sol Mithra vocatur: quod ne quis à me confictum putet; ſciri velim lapides exſtare etiamnum; primū quidem Romæ, ad D. Luciæ, ſecundum Romæ, ad D. Mariæ



Ayuntamiento de Madrid

riæ transpontem: tertiũ Romæ, in ædibus Hieronymi Pichij: quartum in opido Ticuli, dioec. Vrbeuctanæ: quintum in opido D. Germani, ad Cathedralem Eccleſiam. quibus Claudianus aſſentitur. Cleanthes philoſophus ſolem πλήκτρον; Branchus vero vates Εκάεργον nominat. ille, quia ἐν ταῖς ἀνατολαῖς ἐρείδων τὰς αὐγὰς, οἷον πλήσσων τὸν κόσμον εἰς τὴν ἐναρμόνιον πορείαν τὸ φῶς ἄγει: hic fortè, quòd eminus operetur. hæc addidi, quoniam à quibuſdam, qui Solis cognomina conlegere, hæc valdè inluſtria nulla ratione prætermiſſa ſunt.

*Euincta.* meus m. s. inducta. *Cenſet.* v. l. ſenſit.

*Adiunxit.* vnus v. l. ſubiunxit.

*Proponti.* in mei m. ſ margine; vel Promoti, ſocij Stilichonis interfecti à Rufino. quomodocumque appellatus fuit; de eo ſunt hæc I. in Rufin. Nam tua cũ Gethicas ſtrauiſſet dextera turmas, Vlta ducis ſocij letum.

*Proditor.* Rufinus. *Aedonas*. q. Aedomas. alij; Edonias. ſcribe Edonas, nam Græci in prima ſyllaba η, in ſecũda, ω collocant. & Horatius dixit Od. VII. lib. II. Nõ ego, ſanius bacchabor Edonis. Statius II. Thebaid. vt legitur in Aldino: Dulcius Aedonias hiemes Arctonque frementem Excidere. lege; Edonas, &; Excipere.

*Subductus.* meæ membranæ; ſeductus.

*Nil ibi.* cum in m. s. & Vicetin. & Pariſienſ. nulli, cõtineatur; non fuit hoc temerè reiiciendum.

*Hic crine decoro Armenius.* Vicetin. cum crine decoro Armenius. v. l. cum c. decoris Armeniis. hinc Armenios ἐρασιπλοκάμους paret fuiſſe, quemadmodum Ligures, Britanni, Gethæ, Celtiberi, Lycij, Indi, & Parthi.

*Alumnus.* forte, Britannus. *Leucates.* v. l. Leucate: hinc ego, Leucatæ, ſecutus Virgil. III. Æneid.

*Penetraſſent.* præcedẽs; quateret; indicat ex m. ſ. legendum; penetrarent. *Fulmineum.* m. s meus; flumineum.

*Sueuus.* vnus l. v. Suilas. hinc ego; Salius. qui Francorum de gente ſunt.

*Marcomanes Sueuúſque.* v. l. Marcomenes Sonnoque. lege; Marcomas Sonnoque. de quibus conſule horum

tem-

Ayuntamiento de Madrid

temporum hiſtorias. *& Gir notiſſimus.* Vicetin. & Gis. Coniectura ductus caſtigo; Nigriſque nouiſſimus. huius enim fluuij aqua, quod mirum videatur, verum tamen ſit; ſic Niliacam refert; vt ab ea diſcerni nequeat: crocodilos quoque nutrit. *Iuba.* v. l. Nuba. egregiè.

*Pœnus.* v. l. meus; plenus. forte; Pœnus.

*Proſtratus Memnon Achilli.* v. l. Memnon proſtratus Achilli. Ouidium, Dictym, Daretem, Pindarum, Calabrum, & Tryphiodorum ſecutus eſt. Heliodorus tamen & Philoſtratus, hic lib. VII. ille lib. V. vllo modo occiſum pernegant: quinimo contendunt, in Æthiopia, longo poſt tempore mortuum. diſſentiens ab vtriſque lib. II. Diodorus conſtare ait: *τὸ δὲ τελευταῖον ὑπὸ Θετταλῶν ἐνεδρευθέντα κατασφαγῆναι* Martianus Capella, Iuxta, inquit, iliū ſepulchrum Memnonis iacet. indicans ante Troiam cæſum. *Allatæ.* v. l. inlatæ.

*Intorquet.* v. l. iam torquet. *Maſas.* v. l. Marax cenſeo legendū; Mazax. Aurel. de venatione: Quęq. coloratus Mazax deſerta per arua Pauit. Lucanus lib. 4 Tremulū cū torſit miſſile Mazax: nū vero apud Ammianum lib. XIX. Mazaces, pro, Mazices legendū ſit, ignoro, quia Ptolemæo *μάζικας*, Stephano *μάζυες*, Herodoto *μάζυες* dicuntur. Sunt enim Mazaces non Aſiatici modò; verum & Africani. *Ruerent.* v. l. ruerant.

## AD PANEGYR. II. IN I. CONSVL. STILICHONIS NOTAE.

VRBEM. m. ſ. & v. impreſſi; orbem. nec eſt magnum diſcrimen inter has litteras.

*Diſcuſſis tenebris.* non ſequor; diſcuſſit tenebras; quod meus m. ſ. habet. idem pro; vltrò, quod ceteri continent; vltor. *Cum ſternere.* v. l. qui frangere.

*Spicula differt.* ſoli Vicetini; defert. *Fulmina.* m. ſ. meus; ſpicula. qua voce paullo ſuperius vſus fuit. Idem; ſpeciem promittere fraudi: hinc coniicio legendum; præmittere.

*Allicitur.* v. l. Allectum. ordo erit: nec patitur allectum

ctum priorem amicum ſibi, nouo veniente, faſtidire.

*Et ignarum* v. l. vt. quod auide arripio.

*Contentus, nunquam.* v. l. & Vicetin. contemtus numquam. hoc eſt: Honorius A. licet eius foret aetatis; quæ omnium ludibrio & iniuriis eſt expoſita; cura tamen Stilichonis, nemini vmquam de pectus, gentibus ſubactis imperauit. *Scapulis.* libentius legerim ex v. l. capulis. nam veteres manubrium gladij auro circumdare ſolebant, vt indicat Alcaeus; ἐλεφαντίναν λαβὰν τῶ ξίφεος χρυσοδέταν ἔχων.

*Violare fidem.* in pleriſque libris eſt; peccare fide.

*Vinxere choros.* v. l. iunxere.

*Et nuſquam meriti* hoc ſanè non ſatis intelligendo conſequi poſſum. quare mihi quidem paullo magis arridet v. l. lectio; & meritum, non quæ. *fucata.* meus m s fuſcata idem; Stupris aduigilat.

*Ærarìa laſſant.* v. l. laxant. itaque, quod & aliàs ſemper facio, vt cum non incōcinna eſt m. ſ. ſcriptura, eos ſequar, idem mihi nunc vſuuenit.

*Condonat* de his proſcriptionis tabulis Cicero in Verrem: vt liberis eius bona eriperes, &, cui tibi commodum eſſet, condonares.

*Amnos meditantem carmine muros.* Typographi ſic reponentes ad vulgatam de Thebarum exſtructione fabulā alluſerūt. ſed in v. l. inuenio, Aonias m. c Muſas. qua lectione nihil dilucidius, nihil perſpicuum magis.

*Quæ ſufficerent.* hoc Colinæus primus inuexit, idq́. illum ſecuti typographi retinuerunt: cum in antiquioribus excuſis atq. mēbranis; quātis fluerēt; contineatur.

*Centenas aptant.* aptum quidem hoc huic eſt loco; ſed à neſcio quo intruſum: ego; optant, v. videlicet librorum ſcripturam, repræſentem.

*Totis.* habetur in v. l. tectis: vt ripæ pacis ocio vel arboribus conſitæ, vel domibus ædificiisque variis completæ fuerint. *Cedit.* lege ex v. l. credit. quaſi dicat; propter admirationem, vix ſuis ipſemet oculis fidē habet.

*Laceri.* membranæ; latè. *Tributus*, eſt &, triumphis,

phis,in mẽbranis,cui non adhæreo. Intribuebat porro Illyricum, vinum, vt hinc patet, & equitatus, vt colligitur,ex libello de laude Serenæ.

*Annueris.* v. l. Annueres, vel; annueret.

*Tenens.* v. l. ferens. in meo etiam, id eſt: tenens.

*Hybernam.* malim; Hybernen. nam alibi inquit; glacialis Hyberne. *Proſpicerem.* v. l. aſpicerem.

*Iam fulgurat.* v. l. ſubfulgurat.

*Ore coruſco.* æquius facere videntur, qui cum v. l. orbe amplectuntur, & ad orbem Clipei referunt.

*Quæ gentes captiuis regibus egi.* meus codex calamo exaratus; qui g. cap. reg. egit

*Pagina de primo veniſſet limite Phœbi.* quem proximè commemoraui codex; pag. v. de primo lumine Phœbi. item poſt pauca, ſcribere deſeruit.

*Plus eſt.* ex illo Ouidiano: Nã maior eſt virtus, quam quærere, parta tueri. Caſus ineſt illis, hic erit artis opus.

*Inſolitus.* v. l & ſolitus.

*Te certus eſt.* m. ſ. meus; Poſſe queas. alius; poſce queas: vnde coniecturam duco legi debere; poſco, queas. Vel; Noſco. vt idẽ ſit ſenſus, qui prius fuerat. quod ſi verum eſt, hinc mẽdi origo fluxit: auctor ſcriptum reliquerat; Noſco: inde alij corruptè; Noſce, deſcripſerunt: hinc factum eſt; poſſe: Typographi poſtremo temerario quodam caſtigationis genere; Te certum eſt, inuexerunt.

*Dolores.* v. l. labores. Similiter in legibus noſtris alicubi, partus labores nuncupantur.

*Stilico.* v. l. Sed auus.

*Regali* v. l. recte; legali. ſic Tribunianus legitimum vinculum nominauit.

*Dea veſtibus* pro, Dea, v. l. iam. eritque ſententia; humeros quondam idoneos armis nunc trabeis.

*Tendentem.* mẽbranæ hunc verſum ad Bellonam referunt, continentes, tendens. *Terga* m. ſ. cũ vet Germanic. colla. *Ceres.* v. l. ſeges, ſed in meo alia manu emendatum; ceres. *Reducto.* v. l. reductam.

AD

## AD PRÆFATIONEM LIBRI DE BELLO GETICO NOTAE.

Titvlvm. clariſſimatus: vt ex inſcriptione ſtatuæ patet, quæ Claudiano dicata fuit in foro Traiani; quæque nonnullis editionibus præfixa habetur.

## AD LIBRVM DE BELLO GETHICO NOTAE.

Ætaeam. m. s. Oetam. lege; Æætham.

*In maius.* ſimile illi Liuiano; qua quidem incerta in maius vero ferri ſolent. Latinus Pacatus: amplificatrix veri vetuſtas. Citante quoq. Lactant. lib. I. c. XXI. Salluſtius dixit; vetuſtatẽ omnia in maius componentem.

*Monitu Iouis.* Ianus Parrhaſius, mea quidem ſententia non abſurdè, repoſuit; Tomari. nam in v. l. mendosè; Teneri, legitur. *Vrgenti.* v. l. ingenti.

*Veneranda.* nil repugnat, quominus membranis aſſentiamur; quæ; reuerenda.

*Iuuentæ robur.* ex v. l. fide; repone, iuuentæ ad robur. Homerus ὀδυσ. λ: vnde hic locus deſumtus eſt, expreſſo magno eorum conatu, ſubiungit: καὶ νύ κεν ἐξετέλεσσαν εἰ ἥβης μέτρον ἵκοντο.

*Othrys.* v. l. Otis. ex Homero, Pindaro, Virgilio ſcribe; Otos. *Adſpice Roma tuum iam vertice celſior hoſtem.* hunc verſum ei; qui incipit; Adſpice quam rarũ; & vulgo præcedit; commodius exiſtimo præponendum.

*Nuncia.* placet ex vet. cod. reponere; conſcia.

*Tumidus.* v. l. & Vicetin. nimius.

*Marij Paulique.* Si rerum geſtarum, temporumque ſeriem inſpicimus, rectius v. l. Paulli, Mariique: nam Marij triumphus penè LXIII. annis poſterior fuit.

*Duces.* v. l. viros. prætetea vet. Germa. Superare, pro; complere. *Prope ter ſenas.* nam anni fuerunt omnino ſexdecim. *Inertes dominos.* Gladiator iſte duobus cõſularibus exercitibus ſuperatis, eorum q. caſtris & impedimẽtis potitus, C. Caſſiũ Procos. oppreſſum bello, interfecit. *&* *luxu.* meus m. ſ. & luſu. *Aliagmona.* lege; Haliac-

liacmona, de quo Plinius & Strabo.

*Procumbere*. v. l. incumbere.

*Sudes*. Renatus Veget. lib. I. c. XXII. nemo enim iam diu (*vox. diu. Gemblacenſi. m. s. deeſt*) deductis foſſis, præfixiſq; ſudibus caſtra deducit. & c. XXIV. Sudes de lignis fortiſſimis, quas milites portare conſueuerant, præferuntur. ita vulgò legitur. melius idem v. l. quæ milites. nam ligna, non ſudes voluit dicere à militibus portari conſueuiſſe. *Carbaſus*. libri Sibyllini; quos Romani, quid prodigia portenderēt ſciſcitaturi, inſpiciebant: vel, ſi mauis, lintei libri, quibus facta P. R. cōtinebantur, quorum fit mentio à T. Liuio. prius placet. nam arbitror ad illud Lucani ex lib. V. reſpexiſſe: Cuſtodes tripodes fatorum.

*Horriſonas?* meus m. s. æriſonis. lego; Horriſonis crebras. *Solitas*. idem m. s. in contex. licitas: ſed alia manu emendatum; ſolitas.

*Reſtrinxit ſanguine*. magis appoſitè, v. l. reſtinxit.

*Vrbe conſidet*. &c. vnus v. l. aliter; Conſidet regnum Rodano, capitiſque, &c. non bene.

*Aut noſſe recuſent*. quanto melius hic v. l. vt noſſe recuſem. iidem paullo inferius, mentis vincula.

*Tremendam Vix æſtate viam*. & ſi nulla ſit in omnibus libris diſcrepantia, exiſtimo tamen ſcribendum; terendam. *& tepidis*. m. s. vet. German. & Viceti. & trepidis. *Nequeant*. Corrigite ſecundum v. l. nequeat. *Voce regunt*. ſequentia declarant v. l.; rogant, retinendum.

*Legio prætenta*. ſexta videlicet Britannica, ex euentu, Victricis nomen adepta. *Domant Citos*. v. l. Cytes. Proprium eſt hoc loco, & debet reponi; Catthos: quos Tacitus Cheruſcis proximos ſtatuit. Sidonius, vt vulgo habetur; Chattuſque aplauſtri Alligat Albis aqua. pro quo ſubſtitue: Catthoſque paluſtri A. Albis aqua.

*Redit calor*. meus m. s. calor. *fæmina*. Alceſtis.

*Iuuenem*. Hippolytum. *Minoium rupto*. fabula quam tangit, in hunc modum à Clearcho Solenſi lib. 7. vitarum

tarum, Iſacio Ztetze. Palæphato περὶ ἀπίστων ἱστοριῶν, & Higyno c. de Polyido deſcribitur: Minois filium Glaucum, cum in mellis dolium incidiſſet, ſuffocatum . . . ſu turbatum patrem ſepulturæ cadauer mandaſſe; iuncto Polyido nobili augure & medico, iis cōditionibus, vt vel eum ab orco reuocaret, vel vnà Plutonis regiam viſeret: mæſto auguri inopinatum auxilium obtigiſſe. accurriſſe videlicet duos ſerpentes: interfectum vnum, elapſum alterū: mox reuerſum eumdem; herba, quam ore ferebat, ſocio vitam reddidiſſe. quo facto vtrumque di paruiſſe. ea re Polyidum animaduerſa, illa ipſa radice Glaucum patri viuum reſtituiſſe. Iccirco dixit Ouidius: Profuerant Glauci manibus illa prius:

Tunc cum obſeruatas augur deſcendit in herbas,

Vſus & auxilio eſt anguis ab angue dato. & Manilius lib. 1. anguis hic nata per herbas Fata refert, vitāq. ſua radice ferentis. Amelíagoras tamen; quod Ouidius, Higynus, Palæphatus, & noſter, Polyido tribuunt; Aeſculapio adſcribit, falſus opinor multitudine eorum, quibus Epidaurius Deus vitæ auctor extitit. nam pluri nosillum è mortuis ſuſcitaſſe diuerſi prodiderunt: Apollodorus & Virgilius, Hippolytū, Panyaſis Halicarnaſſeus; is qui à Cleophylo Samio captiuitatē Oechaliæ furatus eſt; Tyndarum: Orphici omnes, Hymenæum Steſichorus, Lycurgum: & Capaneum: Teleſarchus, Orionem: Phylarchus, Phœniſſas: Poliarchus Cyrenæus, Cræſi filias; Pherecydes, Delphis mortuos: Hippy Rhegynus, mulierem lumbricoſam. hæc ex Aelyno, Clemēte, Euripedis Scholiaſte, & Luctatio collegi, quòd ea diſcēdi cupidis nō ingrata fore confidebā.

*Fortuna famulante.* meus m. s. ſtimulante.

*Vertere ferri.* emendatiores lib. ducere. Idem poſt pauca; edita luco eſt. vbi ceteri, reddita.

*Belloque, viáque instruit.* v. l. belloque viæque. ego autem; belloque viæque.

*Veri ſacra fides.* vnus excuſus; ſera, quod cum diu optaſſem alicuius m. s. fide comprobari; id ipſum, dum

ſedulo

ſedulo cum, qui penes me eſt, inſpicio, reperi.

*Tyrannum*. Lugdunenſ. exceptis cuncti c. pudorem.

*Tegaam Argóſque*. in priori voce erratum eſt vel in pueris virga plectendum: quare lege; Tegæan que Argoſque. *Gentis præclarus Alanæ*: hæc vna quidem o. l. lectio; quin tamen mendoſa ſit, dubitare nemo debet: quid ſi igitur eius loco ſcribamus; Gentis dux clarus Alanæ? *Hiſdem* Lugdunenſ. & Baſileenſ.; à quibus hic verſus omiſſus eſt; digni ſunt, qui non pereant modò, verum intereant etiam. quid enim eſt bonos ſcriptores non vulnerare, ſed iugulare, ſi hoc non eſt?

*Fortéſque*. meus m. s. fortíque.

## AD PRÆFATION. PANEG. IN VI. CONSVLATVM HONORII A. NOTAE.

*Omnia quæ ſenſu*. Attius in Bruto: Rex, quæ in vita vſurpant homines, cogitant, curant, vident, Quæque agunt vigilantes, agitantque; ea ſi cui in ſomno accidunt, Minus mirum eſt. qui pro Ennianis hæc adducunt, memoria lapſi ſunt. Seneca etiam in Octauia inquit: Quæ umque mentis agitat infeſtus vigor; Ea per quietem ſacer, & arcanus refert, veloxque ſenſus.

*Artibus aſſuetu*. duo m. s. aſſiduis. ſimiliter Lucretius, quem noſter hic ſtuduit exprimere, lib. IV. Nos agere hoc autem & naturam quærere rerum Semper, & inuentam patriis exponere chartis.

*Sacra corona*. vnus m. ſ. clara. ſed in eodem, eadem manu, emendatum; ſacra. idem in ſeq. carmine; vinctusque. *Hunc premit*. m. s. meus; hunc ſubit. Sidonius hoc carmen repræſentauit: Enceladus patri iacuit, fratrique Tiphoëus: Euboicam hic rupem ſuſtinet, hic Siculam. *Ebur*. de geminis ſomniportis, eburnea & cornea; vide Macrobium in ſomnium Scipionis.

*Æquatus*. quædam membranæ; æquandus. aliæ; Æquatur. hinc vulgati; æquatus.

## AD PANEGYR. IN VI. CONSVL. HONORII A. NOTAB.

*Auguſta ſibi*. v. l. cũ Viceti. ſui. *Viuere fortes*. quia m. ſ. habent, numine fontes: coniicio legendum, numina fonti. *Diademate necdum*. v. l. nondum.

*Induit*. procliue fuit mutare b, in, d vnde effectum, vt cum in m. s. habeatur, imbuit: haſtenus lectũ ſit, induit. *Fidéque reductũ coniugis*. eſt mihi gratũ magis, ſidæq.

*Gloria materna, laudem*. lego ex m. ſ. Gloria materno laudem, &c. *Parentis*. v. German. Parentans. quod omnino malum non eſt. ceteri vnanimi conſenſu, parentis: videlicet vt voci, pij, reſpondeat.

*Percenſere manum*. meus m. s. manus. ſed non placet. *Ticinus & Addua*. alij Ticinusque & Addua. ad hunc locum reſpexit Apollinaris lib. I. epiſt. v. Viuoſum, inquit, Lambrum, cærulum Adduam, velocem Atheſim, pigrum Mincium, qui Liguſtinis Euganiisque montibus oriebantur.

*Aut mœnia*. m. s. meus, nec. eodem vtraque lectio recidit. *Labori*. v. l. laboris.

*Vtitur auxiliis*. v. l. vertitur. vertitur vero auxiliis, hoc eſt, vertitur ad eam partem, quæ feſſa laborem non ferebat, vt ei auxilio eſſet. tamen facilior vulgata lectio.

*Si quas*. meus m. s. ſi qua.

*Diſcedere turmæ*. idem ille m. s. decreſcere.

*Numina*. v. l. nomina. nempe diſcedentium.

*Finibus ad Ligurum*. ex v. l. primus repoſui, finibus a Ligurũ. itẽ & poſt aliquot, fama maiore, pro, meliore.

*Exertum*. ſic omnes excepto vno v. l. in cuius quidẽ contextu, excitum, ſed in margine correctũ, exertum.

*Socius*. v. l. ſocius. tunc ſic interpunge, ferat ? ſocius ſuſpectior hoſte.

*Definiteſſe*. Hoc Iuſtinianus credidit, dũ ſcripſit eos, qui pro Rep. cadunt, in perpetuum per gloriam viuere. §. filij autem, Inſtit. de excuſat. tutorum vel curat.

*Tetendit*. non amplector vnius v. l. retundit.



Ayuntamiento de Madrid

*Trans caput auerſus*. ex Virgilij Pharmaceutria; fer cineres Amarylli foras, riuoque fluenti Transque caput iace: ne reſpexeris. Nemeſianus etiam in Eclogis: cineresque auerſa effudit in amnem.

*Auerſus*. Vicetin. auerſis. m. ſ. meus autem; aduerſis.

*Quum cinxere faces*. Maximopere mihi placet v. l. lectio, quæ hæc eſt: faſces cinxere.

*Stupuit* v. l. tribuit: vt tribunal indicetur confectũ ex ceſpitibus, aggeribusq́. Mœoticis fuiſſe. quod & historiæ & menti ſcriptoris tã eſt conſentaneum, quã quod maximè. *Chaldæa mago ſeu*. ain Claudi; eam victoriam magicis auxiliis Marcum conſecutum? atqui longè aliud tradit Xiphilinus: Marci videlicet rogatu, fulminatricem legionem (Conſtabat ea autem militibus Melitenis Chriſtum colentibus) à Deo O. M. precibus obtinuiſſe, vt Quadi fulmine perirent, Romani verò largis imbribus reficerentur. imò quo prorſus & tu, & quem ſecutus videris, Cocceius Dio falſi conuincimini, ipſa Marci epiſtola ad Senatum ea de re miſſa, hoc ipſum affirmat. adducitur eius exemplar à D. Iuſtino martyre, poſt Apologiam ſecundam.

*Ambiret*. v. l. & Vicetin. Ambirent.

*Vultúque palam confeſſa coruſco*. m. s. & v. excuſi, vultuſque p. c. coruſcos. nec eſt temerè ab hac ſcriptura diſcedendum. *Spacij decernens*. id auctoribus ſuis relinquo, legens cum m. s. & vet. German. diſcernens.

*Auratos*. v. l. auratum ſulcaret remige fluctum.

*Spectatóſque iterũ nulli*. alludit ad id quod præco prædicabat: Venite ad ludos quos nemo mortalium vidit neque viſurus, &c. ſingulis enim ſæculis celebrabantur. *Pharſalica*. v. l. & Vicetini, Pharſalia.

*Illic poſſe regi*. m. s. & v. German. illinc.

*Mox & per Latium*. Dī boni quanto elegantius v. l., Nox erat, & late. *Medius, ſed, &c.* maxima eſt omniũ librorum diſſenſio. mihi ſic legendũ videtur; mediam ſed clauſerat hoſtis Inter me ſocerumque viam, pontemque tenebat Adduaquo, &c.

*Impetus exceſsit*. ex Homero ἰλ.ν. *Non vigilem*. v. l. nec.

*Amne ſecundo*. meus m s. retruſo. quod cui placebit ad fontem recurrente interpretabitur.

*Omne Palatino qua* v. l. quod.

*Quo tempore ſolus Romanos*. moris enim erat, vt Senatores & patricij triumphanti Imperatori obuiam progreſſi, eiuſdem currum præcederent. idque Pacatus & alij Panegyricorum ſcriptores poſteris teſtatum reliquerunt. hoc loco meus m s. quod pectore ſolus, &c.

*Vt chalybe*. Clibanarios deſcribit; ſic à Clibano, hoc eſt, thorace ferreo quo pectus tegitur numcupatos. clibani vox reponenda eſt in libello de rebus bellicis, qui Notitiæ Orientis, & Occidentis poſtponitur, eo loco quo Thoracomachus exponitur.

*Mercem*. Salluſtianum hoc eſt, pro, mercedem.

*Solio fultus genitoris eburno*. curulem ſellam, quam Liuius, eburneam, Vopiſcus, eboratam nominarunt; eodem modo deſcripſit in Paneg. de I I I. conſul. Stilich. ſeu celebres ludos, ſolio ſeu fultus eburno.

*Digerit*. v. l. dirigit: & in vnius margine; digerit. quod amplexi typographi fuerunt.

*Victoria*. ſubiūgit; Patricij venerāda fouet ſacraria cœtus: quo indicat, hāc illā eſſe victoriæ aram, quam V. C. Auianius Symmachus contra D. Ambroſium & Prudentium acriter tutatus eſt.

*Arcibus*. quidam; partibus. *Tunc pectora*. in v. l. tot pectora. *fronde*. lauro. *Nomine* crediderim hoc loco tollendum prius, n, relinquendumque omine: vt vt aliter o. quos vidi, libri.

## AD PRÆFATIONEM PANEG. IN II. CONSVLATVM STILICHONIS NOTAE.

*Aduexit*. v. l. adduxit. *Te mihi poſt quinctos*. in ſecundo igitur cōſulatu ſcripta fuit hæc Panegyris. nam prior quinque annis præceſſit.

## AD PANEGYR. IN II. CONSVLATVM STILICHONIS NOTAE.

*Dinumerare via*. v. l. mora.



Ayuntamiento de Madrid

*Pro te bellator*. membranæ quædam; pugnator.

*Pacator*. m.s & v. impreſſi; calcator.

*Poſt Numidas*. nihil immutaui, licet in meo m.ſ. inuenerim: poſt victos Numidas Mario, poſt claſſica Martis Pompeio. nam, vocem; victos, ex gloſſa irrepſiſſe, & germanam; Eoi, ſua ſede arbitror expuliſſe. idem inferius; Iuppiter altum. *Meruit genero præſtante*. v. l. vel ſic, vel; genero meruit patiente. *Feſſu*. Viceti. laſſis. quod cũ habeant v. l. cur fuerit reiectũ, non equidem video. Lucillius: Leonem ægrotũ ac laſſum. *Non ſolum populi vitam*. lege ex v. l. nec ſolã. Vicetin. certè: Non ſolam.

*Robore freta*. ea vox vnius m.s. marginem occupauit; è contextu tamen; fulta, expellere nequiuit. *& ſpectant*. v. l. exſpectant. *faſtos ornare*. v. l. & Vicetin. faſces. Idem ſenſus eſt. *Regendis*. m. s. gerendis.

*Imbuit annos*. v. l. figuratè; induit.

*Obuia fatis*. Viceti. votis. membranæ vtrumq. æqualiter agnoſcunt. *Submitteret*. v. l obſideret. atque hac vſus licentia ſuperius, dixit, Meque minabatur calcato obſidere vallo. *Murumque feriret* v. l. teneret. idque ὑπερβολικῶς. eo namque felicitatis progreſſus Hannibal haut vmquam fuit.

*Hinc fulmina vibrat Iuppiter, hanc tota Tritonia Gorgone velat*. licet nihil hoc loco innouem: habetur tamen in meo m. s. Cum f. v Iuppiter, hanc tota T. G. velat.

*Gratia fudit*. membranæ hoc modo, vel; gloria.

*Terrore coacta*. v. l. ſubacta. & in meo; id eſt, coacta.

*Leontodame*. v. l. Leoncodome. quid ſi legamus; Leontocome? qui vero ſint Leõtocomi, Cælius lib. XIII docet. *formoſa*. v. l. famoſa. *Diuiſa*. v l. diuerſa. & hoc ipſo carmine; currus, pro vt vulgati; curſus.

*Maurusia*. Vitruuius lib. IIX. Mauruſia, quam noſtri Mauritaniã appellant. Præterea vbi ceteri; donum, m. ſcriptus meus; dono.

*Perquirite*. tanta apud me membranarum auctoritas eſt vt ex iis hoc loco; percurrite, cenſeam: quod & in v. impreſſis legitur. *Numinibus*. ſic v. l. vel; Vulneribus.



Ayuntamiento de Madrid

Vicetin. muneribus. *Hecaerge prompta*. alij; Hecarige; alij; Nicharte: quidã; Nichalce. lege, vt ſupra; Erymãthe.

*Cynneis*. ſic Pariſ. Baſileenſ. & Lugdunenſes: Viceti. vero & vet. German. Circæis, in m. s. vtrumque reperio.

*Non ſauas*. v. l. nec. eo modo, nec manifeſtum furtum dicunt iuris auctores. erat etiam lex antiquiſſima: SENATORI QVI NEC ADERIT AVT CAVSA AVT CVLPA ESTO: vt Cicero de legib. refert. *Parare*. Hæc v. l.; vbi in cæteris, polire, continetur; eſt ſcriptura, vt reor, vera.

*Montanis plena triumphis*. v. l. & Vicetin. plena, duobus genitiuis adiungunt, quemadmodum Varro, Eumenidibus: Plenus vini & Veneris.

*Vehitur*. v. l. trahitur. quæ vox aptior eſt.

*Per aures*. m. s. per auras. *Dentibus*. Galenus in libris Anatomicis pro axiomate ſtatuit, dentes omnes ex mandibulis oriri: cumque Elephantorum propagines illæ, quæ eborariis, vel, ſi hoc inſolens, fabris aëris materiam ſuppeditãt, non ex mandibulis, ſed ipſo cranio ortæ, venis cephalicis nutriantur; minor auctorem noſtrum barris dentes, non cornua attribuiſſe.

*Amplexa*. v. l. aduexa vel adnixa.

*Tyrrhenáque*. emendetur ex v. l. terrenaque.

*Suis ſed non*. exiſtimo legendum; ſuis, ſua non.

*Soluúntq*. vet. Germanica editio emendatè; ſaliuntq. quod ex hac decuria immerito eiectum, poſtliminio redeat. *Lynces*. imitatur Papinium, quo loco ſcribit: Lynces, & vda mero lambunt retinacula tigres.

## AD LIBRVM I. DE RAPTV PROSERPINAE NOTAE.

PRAEFIGITVR huic lib. præfatio in qua vulgo, -- Ioniũq. & etiã in meo m. s. legitur; Aegeas hiemes, Ionumque: ſed m. s. liber; quem mihi vtendũ Victor Giſelinus, ſingulari vir doctrina, conceſſit; Ioniaſque, continebat. quod etiam concinnius videtur.

*Prodere cantu*. v. l. & Vicetin. & Mediolanenſ. & Pariſienſ.

riſienſ.; promere. *Mens concuſſa*. legi; congeſta, præter v. l. tam ſcriptos quàm excuſos, etiam Brodæi miſcellanea iubent. *Culmina lucem*. v. l. cum Pariſienſ. & Vicetin. lumina, hoc eſt iubar Phœbææ lampadis.

*Cecropidum*. vnus lib manuſ. Cecropium.

*Sanctáſque*. meus v. l. ſacraſque. Sanctas autem, hoc eſt omni tēporum obſeruatione inuiolatas: quo pacto muros ciuitatis ſanctos dicimus. *Carmina cristas*. Victoriis liber; cornua. *Lætúſque ſimul*. Anacreon de Baccho; δι᾽ ἐν ἀμπαύεται λύπα, δι᾽ ἂν δ᾽ ἀγάζετ᾽ ἀνία. eumdem Maro lætitiæ datorem appellat: icciico noſter, in v. l. & trib. excuſis; lætum, nominat. *Fulſit*. hoc mendoſum eſt. nam dicere voluit; Bacchum meraco vino titubantes pedes, Lydis thyrſis confirmaſſe. quæ ſententia erit, ſiue; fulcit, vt Moguntin. & Baſileenſes, ſiue; firmat, vt meus m. s. legamus. Colinæi & Parrhaſij lectio, videlicet; figit, à Victoriano cod. confirmatur.

*Vorticibus*. in iuniores libros hæc vox ex gloſſemate, pro; gurgitibus, irrepſit. *Proſerpina curru*. hoc ſubſtituerunt, qui; raptu, non intellexerunt: illud tamen in m. s. & quinque vulgatis legitur: eadem voce vſus eſt Cicero: Quis de Ganymedis raptu dubitat, &c.

*Infeſto*. ſequor v. l. & alios, quibus; infauſto, arridet.

*Arto*. v. l. vel; aucto, vel; acto. vel; alto. vel; arto.

*Fletu*. vnus m. s. vultu. *Omnia*. v. l omina. vtrūq. recipi poteſt. *fero*. meus m. s. ferox. *Quicquid vbique*. alter m. s. quicquid in orbe. vtrum gloſſema ſit, aliorum iudicio permitto. *Certíſque ambagibus aui*. quamuis non deſint viri docti, qui; cunctiſque, retinuerint: attamē v. l. auctoritate, & ſententia efflagitante; certiſque, edendum curaui. quia παλιγγενεσίαν reſpexit; in quam Silius mentem intenderat, dum canebat: animæ cælum repetunt, ac mille peractis, Oblitæ Ditē, redeunt in ſæcula luſtris. *Fœdera*. ita m. s. & excuſi multi. Parrhaſius, & Celſanus, inſcitè credo; prœlia; legerunt. nam nobilem illam Saturniæ hæreditatis ſortitionē intellexiſſe, proximè præcedens carmen indicat. *Minaci*. omnes



Ayuntamiento de Madrid

cod. exceptis iis qui Lugduni excuſi fuerũt; niuali. quod cuſtodio. *Atria.* meus liber, Tartara. quod, niſi Victoris lib. vulgatis conſentiret, repræſentarem.

*Si nobis noxia vires.* v. l. ſit: nobis noxia vires, Cum cælo, fortuna, &c vtrumque bene. *Intemerata.* Victoris lib. inuidioſa vel; vt ceteri. *Germina.* v. l. cornua. ſed iis non ſum addictus, vt non arbitrer poſſe me diſſentire. *Hinc æmula.* meus v. l. hanc æmula Iuno, Hæc poſcit Latona nurum: deſpexit vtramque. idem inferius, vbi ceteri; ſitum, habet; locum.

*Nunc illam ſocia.* varia eſt l. vulgatorum lectio. vnus m. ſ. nunc illam ſociam. alter; hinc illam ſocia. lege; nunc illam ſocia. *Reſpicit Ionias protentis.* v. l. reſpuit l. prætentis. *Dedignata.* v l. indignata.

*Membra reuinctus.* v. l. & antiqua German. editio; terga, edunt. *Pectore ſulfur.* cum hæc vulgo recepta lectio ſit, Iano placet legi; gutture ſulfur. In v. l. ſcribitur; vulnere fulmen, eritq́ tũ auxeſis heroici digna carminis maieſtate. Præterea in vno m. ſ. inter lineas habetur; vel, virus. quod, quanquam cenſeam reiiciendum, admonendum duxi. *Rebellis* in meo cod. reperi; reflexa.

*Nimbos* niſi Victoris lib. hanc vocem agnoſceret, & immediatè ſequeretur; piceaq́. grauatum Fœdat nube diem: nõ dubitarẽ ex meo m. ſ. legere; nubes. quia Virgilius hos fumi globos, vehementi actos ſpiritu, atram nubem, alicubi dixit. *Apertis.* mens Claudiani hæc fuit: ſiue ſpiritus, ex circumfuſo aëre ortus, in imis Aetnæ viſceribus concluſus, primum exitum quærens, quia illum nanciſci nequit, conglobatur. deinde vi nactus tenuem aliquam rimulam, violẽter illac erumpit: quod cum, ſine maxima vi, motuq́ue rapidiſſimo non fiat, confeſtim fumi flãmæq́. ingẽs copia elicitur. Itaq. nihil ambigo, quin hîc ex m. ſ.; opertis, legatur.

*Offenſo per ſaxa ſurit rimoſa.* v. l. vnus; o. r. f. p. ſ. alter; o. r. ruit p. ſaxa. *Sinuoſa.* hoc loco meus m. ſ. ſic legit; ſ. draconũ colla regens, volucri qui peruia. ſatis cõmode. alter ei, niſi; mẽbra, contineret, aſſentiretur. nubila



Ayuntamiento de Madrid

bila peruia vocat, quæ Cereri ceteriſq. DIS iter præbebat. Quinetiã vet. German.; peruia, agnoſcit: & Celſanus volucri per peruia, quondã ediderat. Seneca prætereà in Hippolyto, ſcripſit: Solis & aërper ruius ventis erit.

*Sundunt.* tantã dicit frugũ copiã exortã, vt ſtatim ſublato pede veſtigia impreſſa frugibus cooperirentur. patet ex v. l. in quibus; condunt, lego. *Salue.* Victor. lib. Salue ò. *Obumbrat.* meus m. s. opacat, id eſt, obumbrat: poſterior tamen vox in ceteris omnibus continetur. *Timidus.* in meo m. s. vt in altero correctum, tumidus. *Pronus intendit.* v. l. extendit.

*Secreta tibi Cytherea.* meus lib. Cytherea t. ſecreta: ſic inferius vbi vulgo, terret quæ Mænala: habet; quæ terret Mænala porro alludit ad illud ſiue Homeri, ſiue alterius: παγχρύσεα τόξα πλαίνει Πέμπουσα στονόεντα βέλη, τρομέει δὲ κάρηνα Ὑψίλοφων ὀρέων. *Iamdudum.* v. l. iampridem. *Inacceſſum.* vnus v. l. inaccenſum. *In orbem.* v. l. iniquum. quod repræſentaui. *Praceps.* admonitus à v. l. hic, præpes, repoſui. *Veterem qua lege tumultum.* Vnus m. s. veteres tumultus. *Cadunt.* meus lib. ruunt.

*Fudit.* vnus m. ſ. fudit. alter; pingit. inde quidã; fingit. *Subter celantia.* eleganter v. l. iamiam cælantia.

*Adustus.* m. s. inuſtus: & poſt, vbi alij; cum fine, illi; in fine. & pro; telas, habẽt; telam. *Arces.* v. l. auras.

*Germani.* rectè ſic. nam Pluto, & Iuppiter eodem patre eademq. matre nati fuerunt: quales Iuriſcõſulti germanos nominant; quibus ἰσοθαλεῖς opponuntur: qui, ſi ὁμογάστριοι ſint, vterini; ſin ὁμοπάτριοι καὶ ἀμφιμήτορες, conſanguinei dicuntur. *Pratiſque.* ſic vnus etiã m. s. ſi tamen ad inane illud inferorum alludit, vt alludit, rectius plerique; ſpaciisque.

## AD PRAEFATIONEM LIB. II. DE RAPTV NOTAE.

*Solatia.* m. s. meus; ſolamina. *Lugebant dulces.* v. l. quærebant. *Argis.* v. l. oris. vnde videtur; Argis, eſſe gloſſema. *Sternuntur.* v. l. ſcenantur. *Aſtrictis.* meus

E 5 m. s.

Ayuntamiento de Madrid

m. ſ. affectis. *Montes*. v. l. rupes. *Apta*. Victoris lib. in contex. apta: ſed ſupra; vel, acta. vt legitur in meo codice: eſtq́. id ἐμφατικώτερον. Varro, γνῶθι σεαυτὸν: nōne videtis vnus vt paruulus amor ardifera lāpade atida agat amantes æſtuantes? vbi fortaſſis legendum; arduè agat. *Varia ludunt*. malè meus m. ſ. variè. nam tigres partim rubeis, partim violaceis maculis ſunt diſtinctæ, auctore Oppian. hinc Seneca; tigres varias: & alius, neſcio qui, maculoſas, nuncupat. *fero riſerit ore puer*. Vnus m. ſcriptus; puer riſerit ore fero.

*Non Leo*. meus m. ſ. nec. & paulo inferius; Nec Erymanthei. *Solus Amazonio cinctus*. cùm ſic antea malè legeretur, ex m. ſ. meo, repoſui; ſoluis Amazonios cinctus. hoc eſt, Hippolytæ Amazonum Reginæ baltheum eripuiſti. Interpres id non intelligens plurimū cæcutitur, dum ad loci mutilati explicationem docta collyria conatur adhibere. ſi, vt emendaui, legamus, cuncta facilia erunt. hac de re Dionis Chryſoſtomi verba intellige, dum ait in prima περὶ τύχης oratione: τὰς Ἀμαζόνας ὅτι εἶεν γυναῖκες ἤλεγχεν. & Plauti: meo quidē animo ab Hippolyta ſuccingulū haud Hercules æquè magno vnquā abſtulit periculo. & Auſonij: Threiciā ſexto ſpoliauit Amazona baltheo. *Proſtratis rubuit*. v. l. maduit.

*Te maximus Atlas*. v. l. te maxima Thetis. inter quæ quantū interſit, nemo non videt. *Firmior Herculea*. Sidonius: Cum Libyca ſe rupe gygas ſubduret (*lege; ſubduceret*) & cū Tutior Herculeo ſediſſet machina dorſo.

*Sed tu*. hinc ſumſit Sidonius; Hæc quondam Alcides ſed tu Tirynthius alter. *Ab ore ſonos*. vet. vnus lib. ab orbe coros alter; in orbe choros.

## AD LIB. II. DE RAPTV PROSERPINAE NOTAE.

IVSSERE. meus m. ſ. in contextu; ſuaſere; ſed alia manu emendatum; iuſſere. alter; voluere. *Præſaga*. v. l. præſagium. *fati*. vnus v. l. vel; facti, vel; furti.

*Mouetur*. ſiue ſic, ſiue; tenetur, legas; non laboro: dūmodo ſcias poſterius in v. l. contineri.

*Tanti*

Ayuntamiento de Madrid

*Tanti conſcia furti*. m. s. meus; tanti conſcia voti. alter; tanto conſcia voto. *Dite*. vnus m. s. duce.

*Illi multifidos crinis ſinuatur*: ita v. l. & plerique vulgati. mēbranæ meæ etiam; multimodos Ianus, Parrhaſius & Barnabas Celſanus legerūt; multiplices crinis variatur: licet ille legi in antiquo libro; ſinuatur, admonuerit. *giro*. vnus m. s. ferro. *Obumbrat*. v. l. inumbrat.

*Nitent*. v. l ſic, vel; patent. *Gortinea*. m. s. vnus; coccinea. *figuram*. v. l. figuras. *Corona*. v. l. caterua.

*Crimiſe*. hanc vocē Parrhaſius, cum legeretur; Eraſine inuexit. Brodæus Turonēſis alicubi, ſubſtituēdum auguratur, Quæ fontes Amaſene tuos. Sed pace tanti viri dixerim, eſt hoc nimis audax cōmentum. nam licet Amaſenus Siciliæ fluuius ſit: nō continuò ſequitur ita Poëtā ſcripſiſſe: præſertim cū in o. v. l. legatur; Criſine. vnde reponēdum apparet; Crimiſe, quē, eius inſulę amnem ignorat nemo. de quo Gemiſtus; κτ' Ἰάχος ἥει ἐς ποταμὸν Κριμισὸν. Lycophrō & Plutarchus eūdem ſic appellant. *Abnuat*. v. l. abneget *Referens*. vl. repetens.

*Madidantes*. v. l. Victoris; madefactas. *vernus ſequitur color*. Victoris lib. vernus ſequitur rubor. meus; veris ſequitur calor. ego cōfuſis ſcripturis; veris ſequitur color.

*Volucris pandit Iunonia pennas*. v. l. volucer pandit Iunonius alas. magna ſane diuerſitas. *Diſcretis*. meus cod. diſiunctis. aliud magis poëticū eſt. *Torrentes*. Victoris lib. torpentes. *Florea rura*. m. s. meus; florida. porro totus hic verſus deeſt m. ſ. Victoris. *Cruoris*. v. l. doloris. ſicq. legendū cōtra Politiani ſententiā Parrhaſius oſtēdit: cuius rationibus Homeri ſic ſcribentis auctoritas adiūgi poteſt: ῥέε δ' ἄμβροτον αἷμα θεοῖο ἰχώρ, οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν. οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ', οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον, τοὔνεκ' ἀναίμονές εἰσι, καὶ ἀθάνατοι καλέονται.

*Retuſa*. ſi ſic cum vno m. s. erunt hæc ad Phœbū referēda, ſin cum altero; recuſſa, legamus; ad ipſum catamitū. *Textos*. ex Victoris libro; Texto, edidi. *foliis agreſtibus* faciemus non abſurdè, ſi mēbranas ſequamur, quæ; ſpoliis, habēt. dixit enim, pratorū ſpoliatur honos.

Quip-

*Quippe.* v.l. q in. *Inſultiſque* ... legitur tamen in vet.lib. inſueti ſq. ſic etiam poſt aliquot verſus; preſſiq. gigas ceruice laborat: vbi vulgati; p. graui. *Receſſit.* vnus m.s. recedit. *Placato.* v.l. pacato. *Dirāq.* v.l. Siculaque. *fractaque.* o. v.l. ſactoque. quod, quãuis improbet Parrhaſius, retinebo: ſententiæ enim non repugnat; & ea, quam adducit, cauſſa ad hanc ſcripturam exturbãdam ſufficiens non eſt. *Calent.* vnus v.l. madent. idẽ vbi ceteri; cornu, tenet; telo. *Pectora.* v.l. viſcera. & hoc vim cõtinet maiorẽ. *Domitor vulgi.* impreſſi quinq; mundi: ſed tres quibus membranæ conſentiunt, vulgi. egregiè. ita ſupra manes, vulgus iners appellauit.

*Teterrime.* v.l deterrime. *Luminis alas.* falluntur turpiſſimè qui ſic hunc locũ contra v.l. fidẽ, in quibus, fulminis, cõtinetur, deformãt. Val. Flaccus lib. 11. horrifici formatis fulminis alis. *Æqualéſq. choros.* v.l. æqualẽq. torũ. *fundit.* v. l. rumpit. *Mundo.* m.s. Giſelini; cælo.

*Infelix Stygio.* vnus m.s. ſeruitũ: alter; ſeruitium. auget τὰ δυποτίαν. non, inquit, vxor aut pellex, ſed vile aliquod & quaſi de lapide emtũ mancipiũ futura ducor. Seruitium Salluſtio, Ciceroni, Liuio nota vox eſt. *Deſpicis enſes* ſic quidã excuſi: alij; deſeris: nonnulli; exeris. duo v. l. tot enim, nec amplius, ope, hũc Poëtã emẽdaui; reſpicis. *Elyſióſque magis mirabere cãpos.* ſic hactenus à cunctis lectũ fuit: neq. ego quicquã immutaui, quia ſubiũgit; cultoresq. pios: & videri poſſit, ad illud Maronis reſpexiſſe; Quãuis Elyſios miretur Græcia cãpos. Verum ne ipſa quidẽ v.l. lectio inepta eſt; Elyſiũq. magis mirabere Solẽ. dixit enim Virgilius: Largior hic (*apud inferos*) cãpos, æther, & lumine veſtit Purpureo, Solẽq. ſuũ, ſua ſidera norũt. *verrunt.* m. s. vertunt. *Sit fatum quodcumque velis.* vnus m s Sitq. ratum q. voles: alter, ſit factum q. voles. *Intrantibus.* manu exaratus liber; venientibus. *Cinxerunt agmine.* Victoris liber; cinxerunt ordine. Sollemnem nubentium morẽ reſpicit: cuius nec Papinius oblitus fuit, dũ in Thebaide nuptias Polynicis & Tydei deſcribit: caſta matres cinxère corona Argolicæ.

ex, quare crediderim perperã in meo m.s. haberi; conſeruant. *Lecta de plebe.* v.l. lecti. *Tantaleis.* vnus m.ſ. Tantaleis. *Omnia perpetuo.* Guil. Canterus, vir Græcè & Latinè doctus, nouis ſuis lectionibus, hîc; omina, legi iuſſit, cuius coniecturam ſexaginta ante annos ſcholiaſtes approbauit & ea eſt m.s. & veterum imp. lectio. *Cũ voce*, vnus cod. ſcrip. iã. *Proſcite.* m.s. ſic, vel; portate.

## AD LIB. III DE RAPTV PROSERPINAE NOTAE.

*Transgreſſa.* vnus m.s. & quidã excuſi; illapſa, cui valde vicina eſt mei m.s. lectio elapſa. *Certo manſuru Prothea vultu.* Sidon Apollinaris hoc ſtuduit imitari; Vatũ certiſſime Protheu certus eras, hoc eſt, tui ſimilis formã nõ mutabas. *Nec nõ & ſenibus.* idẽ Sidonius: Inde priores cõſedere Dei: fluuiis quoq; cõtigit illo, Sed ſenibus, reſidere loco. *Olympo.* voce; eſt, quæ vulgo ſequitur, ex m.s. deleui. *Abduxere.* Scioli, qui hinc; adduxere, eiecerũt, grauiter lapſi ſunt: ait mortalia rura nouas ſibi curas adduxiſſe: hoc eſt, effeciſſe vt nouis curis diſtineretur. *Fremerent.* Sic vnus m.s. in quo tamẽ emendatũ fuit; fluerẽt, quã vocem alter agnoſcit. *Oblimat.* Sic in meo correctum, cùm haberetur, oblinat. Victoris cod. oblimat, vel, excæcat. *Dirúmque.* vterq. m.s durunq.: ſed in meo aliena manu emendatũ; dirũ q. *Auia.* vnus m.ſ. deuia. *Diſcurrere.* V. l. decurrere. Ceterũ hoc ſciendum, me, quotiens numerũ librorũ non addo, vtrunq. m.s. intelligere: vt, cũ vulgatos dico, de cunctis ſentio.

*Quæ genitrix.* quidam; nutrix. alij; dilectrix: non nulli; rectrix: ceteri; mater. penultimũ & antepenultimũ diſplicent. *Scilicet illa.* lege; Se licet. quemadmodum 1. Elegia Tibulli: ſatis eſt requieſcere lecto Scilicet, legendum eſt, ſi licet, quod, licet de eo alij addubitent, audacter ego affirmo, ne quis vero miretur me; natam de vertice, legere: ſciat; natamque haberi in meo codice: hinc; natã de, effic o. quarequã aliæ membranæ; conceptã, ſeruent. *Super eccijum.* v. cod. iã ſcripti

pti quā excuſi;ſtipite cæſam. codē ſenſu Virgilius; imo quod ſtirpe reciſum matre caret. vnde fortaſſis recentiorū emendatio, deprauatio dicere volebā, emanauit.

*Quærentique nefas*. v. l. quæſiuitq́. *Ruber*. vnus v. c. pudor. idē inferius vbi ceteri; poteſtas, cōtinet; facultas.

*Tu mea*. v. l. an mea. *Dira parens*. meis mēbranis ſubſcribo: in quibus; dicta parēs, legitur. quā emendationē à nemine qui modò muſas norit, improbatū iri confido. *Etiamnum*. meus lib. etiam nunc. alter; iam nunc.

*Sancta Ceres*. v. l. nota. *Excuſſere*. diſcrepant v. l. dum in iis, vel; ſoluere, vel; mouere, legitur. *Iniuſſaq́. manus mirantia*. vnus m. s. inuiſæq́. manus mærentia. alter; inuitæq́. m. mirantia. *Pinnas*. v. l. pennas. magna autem inter i, & e, litteras in ſcribendo eſt affinitas: adeò vt Quinctilianus, tā pinnas, quàm pēnas ſcripſerit. quidam; pœnas. quod, licet interpres ſequatur, mihi nō arridet: ſed ex alterius vocis deprauatione natum videtur.

*Pateant homini*. v. l. fiant. *Euellit*. vterque v. l. reuellit.

*Interceptas*. mendosè meæ membranæ, interreptas.

*Caſtūmq*. alter m. s. carūq́. *Quē lupus*. v. l. cui pecus. non multū equidē refert, vtrū recipiatur. *Aſpicit*. vnus liber in ouiū tergoribus exaratus; cōſpicit. *Timoris* ambo. m. ſ. pudori. *Caſtiq*. Victoris liber, tacitiq́. & inter lineas; vel, cautiq́. quod meus cod. retinet. *Afflatu*. v. l. afflatu. *campos Ennenſes* v. l. colles. videlicet Aetnæos.

*Liuor permanat*. ſic vet. cod quibus excuſi aliquot aſtipulantur: alij; luror; quod Ianus nō improbat: ego; quia in nullis cod. inuenio, non probo. *Decreſcere*. Victoris liber; marceſcere. *Obſedere*. meus m. s. obduxere.

*Vultu ad*. primus hoc loco, ex meo m. s. vltrò, repoſui. *Auexit*. v. l. aduexit. *Vitrea tardatur imagine forma*. Speculis ad rapidiſſimam feram detinendā à venatore diſpoſitis. *Reuerentia*. Supra dixit; reuerentia patris obſtitit auxilio. quare; ſententia, quæ vox in meo m. s. continebatur, repono. *Demiſſa*. v. l. delapſa.

*Sit rapta*. ita hîc antea legebatur, pertinacē mendam tollente nemine, cum glacie frigidiorem ſententiā non

ani-

animaduerterent. meus m. s. Quamcumq. dediſtis fortunam, ſi nota, ferã. quomodo ſcripſiſſe Claudianũ, nihil vereor præſtare. *Iaceat.* Victoris liber; lateat.

*Inflammatura.* vnus m. s. & vnus impreſſus, informatura. *Aduexiſſe.* alter v. l. adduxiſſe. *Zancli ſpoliis.* cum in autographo; Coei, haberetur; incurius librarius; Caci, ſcripſit, vt etiamnũ in meis membranis legitur: poſt cùm, qui editionibus præerãt, nuſquã ſe de ſecũdo hoc terrigena Caco legiſſe recordarentur, audacter nimis, Zancli, ſubſtituerunt. Victoris liber; Cathi, mendoſè. Coei, Heſiodus, Diodorus, Apollonius, Apollodorus meminere, Κοῖον vocantes. Virgilius I. Georg. tum partu terra nefando Cœũque; Iapetũq. creat. Propert. lib. III. cæloq. minantẽ Coeũ. *Lapſum.* v. l. vel; laſſam; vel, lapſam. *Incerta.* v. l. infeſta. *Habiles.* ſcripſerat hoc pacto Poëta: hinc Celſanus, habies, effecit: inde Parrhaſius, vt fit dum errorẽ parit error, & ipſe malè, abiens, elicuit. id alij animaduertẽtes, habiles, poſuerunt: quod m. s. confirmant. *Apollinei nemoris nutritor.* nonnulla huc nonnihil ſpectantia ab And. Alciato, in annotationibus ad XII. librum Codicis commemorantur.

*Aduerſa fronte.* vnus m. s. aduerſa fronde: alter; aduerſa fronte. *Corniferi.* ſic meus m. s. ſic tres Lugdunenſ. vna cum Pariſienſi & Baſileenſ. ineptiſſimè. Cupreſſus enim propriè, coniferi dicũtur; quòd coni inſtar in faſtigium conuoluantur. Ouidius: coniferæ cipariſſi. Nemeſianus: ſi modo coniferas inter viburna cupreſſus.

*Iuuencos.* Victoris liber, iugales. ſed alia manu interlineas ſcriptũ; iuuencos, quam vocem reliqui omnes libri retinuerunt. *Prima greſſus.* interpres accipit; à ſummo Aetnæ vertice, vel, vt Hypallage ſit, pro; primos greſſus. Inueni tamen in meo codice ſcripto; primò greſſus.

*Huc vſque duorum m. s. exemplarium & antiquiſſimi libri Vicetini, anno* ∞ CD. LXXXII. *excuſi, adiuti auxilio fuimus: quibus cùm iam deſtituamur, dabit æquus lector veniam, ſi ad reliqua huius Poëtæ ſcripta pauculas tantum coniecturas noſtras adiiciamus.*

Ayuntamiento de Madrid

# AD RELIQVA CLAVDIANI OPERA CONIECTVRAE ALIQVOT.

I. LAVDE *virorum cenſeri contēta fuit.* ՝ū hoc eſt propter virorū laudē in precio haberi: ſic ſanè quæ ſolutio perelegans, & Iuriſconſultis maxime familiaris eſt. Papinianus priuatorū cautiones legum auctoritate non cēſeri dixit l. vltima D. de ſuis & legitimis. Vlpianus ſcripſit, aliquo priuilegio maternā originē cēſeri. l. 1. D ad municipalem. idem l. 1. de iuſtitia & iure: Videmus, inquit, etenim cetera quoq. animalia iſtius iuris peritia cēſeri. II. *Ceraunia* an Sidonius de Cerauniis in Maioriani Panegyrico loquitur? verſus hi ſunt: naues Hiſpania defert, Fluminis (*forte; fulminis, ſcribendum*) & lapidē: ſcopulos iaculabile fulgur Fucat, & accēſā ſilice fecūda maritat Ira Deū: quotiens cælū ſe cōmouet illic, Plus ibi terra valet. III. *ferreque* iudico legendū; feroque, vel; fermeque. IIII. Nō *illo nitidos numquam.* coniectura ductus; vnquā, repoſui. V. *Hippocrenaū, &c.* cū hic locus mēdoſus foret; cenſui emendandū; Hippocrenaō victorē ſiſtere fonti Me dignare: quam non, &c. VI. *Romana Tonantis progenies* quid ſi legamus. germana Tonātis progenies? VII. *Quo mollis amas*; malim; quē. VIII. *ignara creaſſet.* ſubſtituo; creaſſe. IX. *Ludis in æthereas.* pro; in, ſcribe; &. X. *celebrata per omnes.* videtur efflagitare ſententia, vt; Serena per omnes, legatur. XI. *Hic ſplendor iuuenū* ſi de ſponſo loquitur, lego; iuuenis. XII. *Cithera virū.* quę ſequuntur efficiunt vt ambigam num auctor potius; nurū, ſcripſerit. XIII. *Conditor hic patria.* hic verſus inicit in mentem ſuſpicari, hunc Hadrianū, quēadmodū & Claudianus fuit, Alexandrinum extitiſſe, atque in eumdem ſcriptum Epigramma, cuius initium eſt; Maulius indulget ſomno, &c. XIIII. *Sed pater eſt proleſq. ſui.* vltimę vocis loco pono; ſibi. XV. *Stellis cæleſtibus.* radios ſolis intelligit. quare ſcribo; telis cęleſtibus. XVI. *Calcatumq* pleriq. libri; Calcatum que. fortaſsis ſcribendum; Calcaminaq. XVII. *En iterum conuulſa feror.* ſic legitur in vet. excuſis: in iunior. tamen libris à ſciolo quopiam verſus perficiendi gratia adiectum eſt; ſuccurre rogati. Ceterum quæ vulgò ſubiunguntur pia Chriſtianaque carmina, quia Damaſi, non Claudiani ſunt, a me reiciuntur. XIIX. *Tertia feſtus Hymen.* crediderim eſſe legendum; Thracia. XIX. *Et lapis eſt merito; quod fuit & lapis eſt.* quid hoc ſibi velit, neq. ego ſcio, neq. quiſquam, opinor, alius ritè intelleget. eſt enim mendoſum. coniicio ſic à Claudiano ſcriptum; Eſtq. lapis meritò quod fuit, & lapis eſt.

*Hæ Caſtigationes & maxima diligentia, & ſummo iudicio conſideratiſſimè facta & collecta; ſunt ſtudioſis vtiliſſima, & digna quæ imprimantur.*

Ita eſt: Henricus Dunghen, Canonicus Antuerpienſis, S. T. Doct.

Ayuntamiento de Madrid

# INDEX AVCTORVM

## QVORVM TESTIMONIIS IN his Notis vſus fuit auctor, & quorum loca nonnumquam explicat, vel emendat.

### GRAECI.

AELIANVS.
Æſchylus.
Alcandrus.
Alcæus.
Ameliagoras.
Anacreon.
Apollodorus.
Apollonius.
Aratus.
Archilochus.
Ariſtoteles.
Athenæus.
Auctor Etymologici.
Auctor lib. de mundo ad Alexandrum.
BRANCHVS.
CALLIMACHVS.
Cleanthes.
Clearchus.
Clemens Alexand.
Cleophylus.
DEMOSTHENES.
Dio Cocceius.
Diodorus.
Dion Chryſoſt.
Dionyſius Afer.
EPHORVS.
Epigrammatorũ auctores.
Eumylus.
Euripides, & eius ſcholiaſtes.
GALENVS.
Gemiſtus.
HERMOLAVS Conſtantinopol.
Heliodorus.
Herodianus.
Herodotus.
Heſiodus.
Heſychius.
Hippys.
Homerus.
D. IVSTINVS martyr.
LAERTIVS.
Leo Imperator.
Lycophron.
MENANDER.
NICANDER.
Nouellæ Iuſtiniani.
OPPIANVS.
Orphens.
Orphici.
PALAEPHATVS.
Palama.
Panyaſis.
Parmeno.



Ayuntamiento de Madrid

Pauſanias.
Pherecydes.
Philo.
Philoſtratus.
Phylarchus.
Pindarus.
Plato.
Plutarchus.
Poliarchus.
Pollux.
Proclus Diadochus.
Ptolomæus.
Q. Smyrnæus.
SOLON.
Sophocles, & eius ſcholiaſtes.
Stephanus.
Steſichorus.
Strabo.
Sudas.
Syneſius.
TELESARCHUS.
Themiſtius.
Theophraſtus.
Tryphiodorus.
Tzetzes.
XENOPHON.
Xiphilinus.
ZONARAS.

## LATINI.

ACRON.
Afranius.
D. Ambroſius.
Ammianus.
Antoninus.
Appuleius.
Arbiter
Archadius Imp.
Arrius Menander I. C.
Attius.
Auctor notitiæ Orient. & Occidentis.
D. Auguſtinus.
Aulus Gellius.
Aurel. Victor.
Auſonius.
CAESAR.
Caius I. C.
Capella.
Cato.
Caſſiodorus.
Catullus.
Cicero.
Codex Theodoſ. & codi. Iuſtinian.
Q. Curtius.
DARES.
Diaconus.
Dictys.
Drepanius.
EVMENIVS.
Ennius.
FESTVS.
Fulgentius.
D. HIERONYMVS.
Honerius Imp.
Horatius.
Hyginus.

DE

IORNANDES.
Iulius Paullus I. C.
Iuſtinus.
Iuſtinian. Imp.
Iuuenalis.
Izidorus.
LACTANTIVS.
Lampridius.
Laurea Tullius.
Liuius.
Lucanus.
Lucilius.
Lucretius.
Luctatius grammat.
MACROBIVS.
Manilius.
Marcianus I. C.
Martialis.
NEMESIANVS.
Nonius Marcellus.
OROSIVS.
Ouidius.
PACATVS.
Papinianus I. C.
Plinij duo.
Plautus.
Pompon. Mela.
Proculus I. C.
Propertius.
Prudentius.
QVADRIGARIVS.
Quinctilianus.
SALLVSTIVS.
Senecæ duo.
Seruius.
Sidonius.
Silius.
Solinus.
Statius.
Symmachus.

TACITVS.
Terentius.
Trebellius.
Tibullus.

VALER. Antias.
Valer. Flaccus.
Varro.
Vegetius.
Victorinus.
Virgilius.
Vitruuius.
Vlpianus I. C.
Vopiſcus.

*Citantur præterea marmora antiqua.*

## NEOTERICI.

ALCIATVS
Amatus.
BARBARVS.
Brodæus.
CAELIVS.
Canterus.
FRECVLPHVS
IVNIVS.
LAMBINVS.
Lazius.
NAVCLERVS.
PARRHASIVS.
Pithoeus.
Politianus.
Pontanus.
SABELLICVS.

Ayuntamiento de Madrid

BIBLIOTECA MUNICIPAL
A.M.

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

CL.
CLAVDIANI
OPERA

AVIANI
ÆSOPICARVM
FABVLARVM
LIBER

1585

A
4080
1, 2, 3